DN.

HVBERTI GIPHANII, IVRECONSVLTI EMINENTISSIMI, SACRÆ CÆSAREÆ

Maiest. à consiliis Imperii aulicis, quondam in celebri Vniuersitate Ingolstadiensi Iuris Cæsarei Professoris Nobilissimi,

DE RENVNCIATIONIBVS

Tractatus absolutissimus, & à multis in foro versantibus diu multumq; desideratissimus.

ACCESSERVNT SELECTISSIMA ILLVSTRIVM ALIquot Academiarum, necnon aliorum insignium Iureconsultorum Germaniæ, in hac Renunciationum materia ad instantiam partium litigantium reddita Responsa, singulari studio & judicio collecta, & in communem Practicantium vsum publici Iuris facta, quorum argumenta & seriem pagina sexta indicat.



FRANCOFVRTI
Ex officina Nicolai Hoffmanni, sumptibus Ionæ Rohdii.
ANNO M. DC. VIII.

Ad Lectorem.

QVam utilis & frequens sit in hodierno foro Renunciationum materia, nemo, vel mediocriter in praxi versatus, est q ignoret. Vnde videmus plurimos fere quotidie ad Illustriores Germaniæ Academias, tanquam ad Oraculũ Delphicum recurrere, qui inde in causis grauißimis, ex renunciationibus filiarum resultantibus, responsa & Juris informationes sollicite petãt: Prout in alma Vniuersitate Ingolstadiensi sæpißime quoq; contigit. Hac ratione tandem motus nobiliß. & eminentißimus I C. Dn. Hubertus Giphanius, Academiæ Ingolstadiensis Antecessor Primarius, quo consulentiũ voto eo promptius satisfieri poßit, de Renunciationibus solennem & integrum Tractatũ, ex variis & optimis Interpretum Commentariis summo cum iudicio collegit. Et quemadmodum, vt notum est, de multis aliis difficillimis Iuris nostri articulis scripsit præmeditatißime, ita & inprimis hoc præsens argu-

 mentum

mentum Renunciationum, antehac à nemine vnquam peculiari tractatu explicatum plene & accurate, singulari studio elaborauit. Exordii quidem seu prooemii loco difficiliorum aliquot textuum iuris, ad hanc materiam pertinentium, explicationem præmisit, & tractatũ hunc solennem, Iustinianea obseruata methodo, in tres partes principales distinxit. In prima parte tractat de personis, quæ renunciare poßint, quæ nõ. In secunda parte aggreditur caput grauißimum de Re*bus, proponendo varias in praxi quotidie occurrentes, & præsertim suo tempore inclyto collegio iuridico in facto propositas quæstiones. In vltima parte huius Nobilißimi Tractatus scribit Author noster de Actionibus & Exceptionibus, an & quatenus his renunciari liceat. Vbi in fine nonnulla de vi, effectu, & interpretatione* Renun*ciationum, in praxi notatu dignißima videre licet.*

In vberiorẽ autẽ perinsignis huius argumenti intellectũ, non abs re visum fuit adiungere selectissima illustrium aliquot Academiarũ Germaniæ in hac Renunciationum materia reddita Respõsa. Vnde

sa. Vnde beneuolus Lector, vel ex ipso Authoris nostri longè celeberrimi Tractatu elaboratissimo, vel ex adiunctis præstantissimis præstantissimorum consiliis cuiuscunq; dubii in hac illustri materia occurrentis resolutionem in terminis, quod aiunt, terminantibus, facili labore inuenire poterit. Vale & hisce lucubrationibus amice fruere Lector beneuole.

ELENCHVS CONSILIORVM IN HOC OPVSCVLO CONTENTORVM.

Consilium Primum

IVridicæ Facultatis Ingolstadiensis, in quo casus controuersus discutitur, quatenus filiæ ad bona renunciata regressum habeant.

Consilium II.

Illustris Academiæ Tubingensis, in causa Schenkenberg contra Landau. Quot,& quibus modis renunciationes filiarum rescindi possint, & debeant.

Consilium III.

Collegij Iuridici Lipsensis, in quo accurate disputatur de Interpretatione Renunciationis, si in pactis dotalibus conuentum fuerit,filiam hereditati sororum ante matrimonium decedentium renunciare debere, atque hæc deinceps generaliter renunciauerit; vtrum hereditatem sororum post matrimonium defunctarum petere possit?

Consilium IV.

In illustri causa scriptum à Collegio Iuridico celeberrimæ Academiæ Rostochiensis, de Renunciatione super re feudali.

Consilium V.

Facultatis Iuridicæ Wittebergensis, in quo Renunciationum materia prolixè & eleganter tractatur. An filiæ cogantur

gantur ſtare renunciationi hereditatum per tutores in manus fratrum factæ?

Conſilium VI.

Vniuerſitatis Ingolſtadienſis, vtrum Renunciatio propter enormem læſionem reſcindi poſſit.

Conſilium VII.

In cauſa ardua Illuſtres Perſonas concernente. Vtrum beneficio l. ſi vnquam. C. de Reuoc. donat. renunciari poſſit, Anonymi cuiuſdam Iureconſulti Germani.

Conſilium VIII.

Matthiæ Laymanni Iureconſulti clariſſimi, Reip. Auguſtanæ Conſiliarij, & Aduocati, vtrum filia renũcians faciat partem, licet non admittatur ad partem, cum annexa ſententia definitiua 16. Martij Anno 1586. In Camera Imperiali deſuper lata.

Conſilium IX.

Martini Pegij IC. Reuerendiſſimi Archiepiſcopi Saliſburgenſis Conſiliarij laudatiſſimi, de Renunciatione cum pacto reſeruatorio.

Conſilium X.

Iuridicæ Facultatis Tubingenſis, de intellectu clauſulæ reſeruatoriæ, renunciatione annexæ.

DN.

DN.
HVBERTI GIPHANII,
IC. EMINENTISSIMI, ET SACRÆ CÆS. MAIEST. A CONSILIIS AVLICIS Imperialibus, quondam in Vniuersitate Ingolstadiensi Iuris Cæsarei Professoris Primarij,

DE RENVNCIATIONIBVS TRACTATVS ABSOLVTISSIMVS.

QVANDOQVIDEM de hac Renunciationum materia nullus in Iure ciuili extet Titulus, & qui extat *lib. 1. Decretalium*, non est generalis, sed specialis de Renunciatione officij & beneficij Ecclesiastici. Sub titulo autem *de pactis*. & sub Tit. *de Transact.* quædam sunt Leges de hoc argumento: Proinde rectè, & ordine facturus mihi videor, si ad hos titulos hoc Argumentum de Renunciationibus plenè & accurate explicem. Sunt verò huius Argumenti Leges sub Tit. *de pact. in Codic. l. 1 l. postquam liti 4. l. 16. cum proponas, l. 24. si actionem, & l. penul.* Et sub Tit. Codicis *de transact. l. 6. cum mota, l. 12. præses*, sunt & aliquæ leges, in Pandectis, sub Tit. *de pact. in l. 37. & l. 46.* Nam Renunciatio, siue remissio, est pacti quædam species *dict. l. 37. de pact.* Nos omissis aliis videamus breuiter, de his legibus, quæ sub Tit. Codicis. *de pact.* ad hoc Argumentum pertinent.

Ad

Ad l. 1. C. de pact.

HAnc legem summatim tantum explicabimus, eo quod plenissime à nobis sit explicata in Commentario ad leges Codicis difficiliores & celebriores. Est autem hæc lex de pacto, quo renunciatur, siue remittitur Fideicommissum, *vt est l. 16. cum proponas. C. h. t. & l. 11. de fideicommisso. C. de tran sact.* Sed hæ duæ leges sunt de fideicommisso reciproco. Illa vero lex prima non est de mutuo, siue reciproco. Ita namque hic ponenda est species facti, vt vnus frater liberos habeat, alter non habeat. Pater horum duorum filiorum, Testamento facto, vtrumq; filium heredē instituit, sed eum, qui liberos non habebat, iussit fratri liberos habēti suam portionē restituere, si sine liberis decederet. Mortuo patre, inter hos fratres de Fideicommisso cōtentio intercessit hæc. Alter renunciabat Fideicommissum, accepto in præsentia sextante hereditatis. Post hanc Renunciationem is, qui renunciauit, liberos quoq; suscepit, qui liberi, patre suo mortuo, conantur renunciationem siue conuentionem à patre suo cum patruo factam rescindere, quęritur an possint? Respondetur non posse. Ratio dubitandi est, quia hæc Renunciatio videatur esse iniqua, & contra ęquitatem naturalem, eo quod per eam nepos, hoc est Filinus, qui Imperatorem consuluit, priuatur hereditate debita sibi iure naturæ, & contra ipsam quoque aui voluntatem, qua cautum fuit, vt eius duo filij æqualiter succederent, si vterq; moreretur relictis liberis. Ratio autem decidendi est incertitudo conditionis. Cum hæc cōuentio fieret, alter tantum frater habebat liberos, & incertum erat an & alter esset habiturus, atq; ita incertum erat, an conditio Fideicommissi esset extitura nec ne. Ob hanc incertitudinem conuentio hæc & facta est, & æqua censetur, vt scilicet pro incerto maiori certum aliquid, licet minus, capiatur. Qua conuentione vtriq; fratrum fuit consultum, tam ei qui iussus

est restituere, qui iam potest de reliquo statuere pro suo arbitrio, quam alteri, qui pro incerto toto accepit partem certam. Quare hic Filius iunior Imperatorem cõsuluit, & improbe petiit, conuentionem à patre suo factam rescindi, cum tamen ea conuentio duo commoda patri eius attulerit, *1. securitatem cum fratre, & concordiam. l. 11. C. de Transact.* 2. Certum aliquid, puta 4. vncias pro incerto. Possent tamen aduersus hanc legem quędam obiici, primo quod conuentio de hereditate viuentis non valet. Sed hic nõ de viuentis sed de mortui hereditate Renunciatio facta est. Secundo, quod hæc conuentio est de re futura. Remittitur enim Fideicommissum, sed conditionale hoc ęst datum, si sine liberis frater alter decesserit. Ius autem futurum non videtur posse remitti? Resp. Sed de eo remitti benè potest, *fac. l. qui superstitis. de acquir. hered. l. 45. si ita scriptum. §. 1. de legat 2.* Tertio quod hæc conuentio videatur esse facta de re aliena, & illud Fideicommissum potius relictum fratris liberis. Sed dicendum, fratris liberis nihil videri relictum. Quia, vt vulgo dicimus, positus in conditione non censetur esse positus in dispositione, siue conditio non disponit *l. 1 §. item si ita. ad l. Falcid.* Verum tamen est, quod dicitur *l. Lucius 85. in fin. de heredib. instituend.* Testatorem Fideicommissario præferre liberos, sed ex eo non sequitur liberis aliquid relictum. Atque hæc breuiter *de leg. 1.* vbi de Fideicommisso non reciproco,

Ad l. 16. cum proponas. C. de pact.

IN hac lege agitur de Fideicommisso reciproco, de quo *l. 11. C. de Transact.* Nam in his legibus testator siue pater duos filios ita scripsit heredes, *in l. quidem cum proponas 16.* Ita duo mei filij ęqualiter heredes mihi sunto, sed volo, vt eorum, qui prius mortuus fuerit, alteri suam portionem restituat. *in l. 11. C. d. tit.* Ita duo filij mei ex æquis partibus heredes sunto, sed volo,

volo, vt si alter vestrum sine liberis decesserit, suam portionem superstiti fratri restituat. Mortuo patre, fratres inter se transigunt de hereditate paterna. Quæritur, an ea conuentio valeat? Respondetur in vtraque lege valere, & ratio adiicitur *in d. l. 11.* tum quia hæc conuentio parit concordiam inter fratres, & votum captandæ mortis tollit, tum quia neuter circumuentum, aut læsum se dicere potest. Est enim reciprocum, & vicissim datum Fideicommissum. Quare hæc conuentio rescindi non potest ne à minore quidem facta, per restitutionem in integrum. Quia ea non datur minori, nisi læso, *l. 11. §. sciendum. de minor.* At in hac specie neuter fuit læsus; quod minor frater maiori non plus dat, quam ab eo accipit. Vterque enim spem tantum fideicommissi remittit, & remittit vterque alteri, vnde nulla læsio (neque fraude aduersarij, hoc est, fratris, neque reipsa, hoc est, damno accepto) allegari potest.

Ad l. 4. postquam liti. C. de pact.

HÆc lex est de renunciatione litis motæ de prædio. Sententia hæc est, eum qui liti dominij, siue rei Vindicationis semel renunciauit, non posse eam postea instaurare. Quia exceptione pacti, siue doli mali repelletur ob renunciationem. Idem locum habet in actione Tutelæ *l. 4. C. de Transact.* in petitione hereditatis, ex causa inofficiosi *l. 6. d. tit. l. 12. C. de Transact.* Litis autem verbum non de instantia, siue exercitatione iudicij, vt Bart. Gl. aliique *in c. 1. §. 1. verb. Litis. de Procurat. in 6.* sed de ipsa causa, & iure intelligendum, neque aliter in iure accipi solet, quam de ipso iure, & actione, *l. litis. de V. S.* Quare non rectè Decius concludit, ex hac lege eum, qui liti renunciat, instantiæ tantum renunciare videri, vt recte Alciatus monuit. Ait enim Imperator, hac renunciatione causam ipsam finiri. Quæritur, an possit & nudæ instantiæ renunciari? Plerique, vt Bart. & alij negant

gant hoc iure posse. Alciatus *l. & post edictum §. 1. de Indic.* rectè dicit, quod errent. Quæritur etiam, an, quia in hac lege dicitur liti iam motæ, possit etiam renunciari liti mouendæ, hoc est, an ante litem contestatam, vel etiam nondum denunciatam facta renunciatio valeat? Respondent pleriq; non valere, absente aduersario valere se præsente factam, quia inquiunt iuri futuro non possit renunciari. Sed hoc intelligendum de instantia potius, quam de causa, hoc est de actione. Nam & actio potest iam competere, licet Iudicio nondum instituto, siue nondum cœpta instantia, ideo potius hæc vera dicitur esse ratio, cur absente parte non possit renunciari. Quia ea speciem facti contineat, quod vtriusq; consensum requirit. Quæritur amplius, an & expressus consensus requiratur. Quid enim si præsenti litem renunciet actor, sed tacenti, & non expressè acceptanti? De hac quæstione duo æmuli certarunt, Iason & Decius. Hic enim negat; ille ait expressum consensum requiri. Sed Decij opinio est recepta. Quisq; enim censetur consentire in suam vtilitatem, etiam tacitè, si est præsens. An saltem apud acta licet absente reo facta ab actore litis renunciatio valeat, prosit ne reo & noceat ne actori. Hugo Donellus negat valere. Quia nec confessio quidem valet facta, licet apud acta, à reo, absente actore. *l. certum, §. si quis absente. de confess.* Pleriq; tamẽ Interpp. aiunt valere, nec obstare argumentum, à confessione, ad renunciationem. Quia confessio inducit siue confirmat obligationem, & actionem: Renunciatio tollit, hoc autem est fauorabilius, quam illud *l. Arrianus. de oblig.* Puto tamen Donelli sententiam esse veriorem, quia actorum præsentia non inducit consensum etiam tacitum partis. Licet non ignorem magnam esse vim actorum, qua de re *l. siue apud acta in fine. C. de Transact.*

Ad L. pen. C. de Pact.

HÆc lex eſt de renunciatione exceptionis, vt *l. 4. de Renunciatione litis ſeu actionis*, & eſt de exceptione nō qualibet, ſed fori, de qua *l. 2. de Iudic.* Sententia legis eſt, Renunciationem exceptionis fori ſiue pacti, quo quis exceptione ſe non vſurum promiſit, in Inſtrumento ſcribendo, & contrahendo valere. Idq; non tantum ipſos cōtrahentes ſiue paciſcentes, ſed etiam Iudices ſeruare debere, niſi litem ſuam facere velint Ratio huius l. redditur ab Imp. tum, quia pacta ſint ſeruanda, tum quia vetus ſit regula poſſe quemq; his, quæ pro ſe ſunt introducta, renunciare. *l. ſi Iudex 41. de Minor.* Hoc priuilegium fori ſc. introductum eſt pro militibus, Clericis, Legaris & Studioſis *l. 2. de Iudic. Auth. habita. C. ne filius pro patre.* Sed obicii poteſt *l. ſi conuenerit. l. 18. de Iuriſd.* Reſpondeo caſus & conuentiones vtriuſq; legis eſſe diſſimiles. In hac lege vnus renunciauit præſcriptioni fori ſpecialiter. In *d. l. 18.* nulla eſt renunciatio facta, ſed tantum nuda conuentio de alio iudice adeundo. Proinde poteſt ante aditionem mutare voluntatem, ibi conuentum erat vt Iudex fieret, qui non erat, hic vt non eſſet, qui erat, quod non eſt tam graue, Gl. *Ibid.* Plane ſi aditus ſit Iudex alius mutare amplius voluntatem non licet. In hac *l. penult.* in ipſo contractu conuenit de omittenda præſcriptione fori & adeundo Iudice, incompetenti, & proinde cogi poteſt is qui conuenit. Naſcitur enim actio ex pacto in continenti adiecto contractui bonæ fidei, ſtricti vero Iudicii exceptio *l. bonæ fidei. ff. de Pact. l. lecta de reb. credit.* Itaq; qui remiſit hanc exceptionem in contractu bonæ fidei, cogi poteſt actione ex pacto, qui remiſit eandē in contractu ſtricto, ſi cōuētus corā incōpetēti reuocet domū, repelletur ex pacto replicatione pacti. Secūdo videtur obſtare *c. ſi diligenti. extra. de foro competent.* quo improbatur pactū clerici vt conuincantur coram Iudice laico, etiam iuratum. Ratio, quia hoc pa-

ctum sit contra canones & ius publicum. Pacta autem contra ius publicum improbantur, vt *hac l. penult. l. 38. de Pact.* Sed hæc ratio nō probatur Cuiacio, tum quia iure ciuili valet hoc clerici pactum, *d. l. pen. & l. si quis. C. de Episc. & cler.* tum quia hoc pactum est contra priuatum alicuius commodum, siue priuilegium fori, non contra Reipub. vtilitatem. Nec ante dictum capitul. fuit vetitum aut legibus aut canonibus. Nam *c. 41. 42. q. 2.* non agitur de pacto, sed in cap. 41. tantum vetatur ne clericum trahat clericus ad iudicem laicum. *d. c. 42.* ne clericus appellet à iudice Ecclesiastico ad laicū, nō vetatur, ne pacto de mutando iudice stet, vel ne paciscatur. Nec obstat, quod *in c. si dil:genti.* dicitur hoc pactū derogare sacro clericorum ordini vniuerso. Non enim vniuersitati, sed vni tantum, à quo fuit interpositum, nocet. Non enim eadem est ratio singulorum, quæ est vniuersitatis. *l. 2. l. 7. sicut. §. 2. Quod cuiq; vniuersit. nom. l. 20. de reb. dub.* Alio tamen iure vtimur propter auctoritatem summi Pontificis Innocentii Tertii, qui auctor fuit *d. c. si dil:genti.* Excipiuntur tamen præsertim in Galliis casus aliquot, quibus clericus coram laico conueniri possit. Sed ea tractatio de foro competenti ad iurisd. & iudicia pertinet. Illud non omittendum, quod etiam ab Imp. Friderico. I. hoc pactū clerici est improbatum & prohibitum. Obiici varia etiam solent, non tamen aduersus hoc pactum de foro, de quo nos agimus, sed aduersus rationem legis, vbi quiuis fauori suo potest renunciare, vt *infra* dicam.

His legibus explicatis accedamus ad ipsum argumentum, de Renunciationibus, quod his capitibus continetur, Et 1. de verbo, natura, siue definitione, ac diuisione. 2. de Personis. 3. de rebus, causis, & negotiis. Postremo de effectu, vi & potestate.

De

De verbo, natura & modo Renunciationis, vt & de definitione, & diuisione.

RENunciationis verbum habet varias notiones, ſed in hoc argumento eſt repudiatio ſiue remiſſio quædã, vt cum latine renunciare amicitiam, hoſpitium, hereditatem, dicitur, pro eo, quod nolle vti amplius amicitia, hoſpitio &c. nolle hereditatem habere. Voluntas enim hic ſpectatur inprimis. Eoq; pertinet *l. 3. de Reg. iur.* Eius eſt nolle, qui poteſt & velle, cuius regulæ vſus ad renunciationem & repudiationem pertinet, nempe ad repudiationem hereditatis, & aditionem. *l. 3. & 4. de acquir. hered.* Eſt & non abſimilis regul. *in l. 174. §. 1. de Reg. iur.* Quod quis habere non poteſt, id repudiare non poteſt. V. G. ſi ſeruus ſub conditione heres ſit inſtitutus, poteſt pendente conditione petere bonorum poſſeſſionem. Ergo poteſt eam quoque repudiare, *l. ſi ſeruus. de bonor. poſſeſſ. ſecund. Tabel.* & contra hereditas nondum delata vt adiri non poteſt, ita nec repudiari poteſt. *l. delata de verb. ſignif.* qualis eſt hereditas ſub conditione relicta. *l. heredes. §. ſub conditione. de legat 2. l. is qui heres. §. cæterum. & l. ſi is ad quem. de acquir. hered.* Sic & pupillus vt adire ſic repudiare non poteſt. *l. pupillorum. C. de acquir. hered.* Sed hæc ad perſonas potius & ad repudiationem, quam ad renunciationem pertinere videntur. Quæ verba & actus inter ſe differunt. Nam ea quæ nondum ſunt noſtra renunciantur, & ea quæ noſtra ſunt repudiantur, ſiue renunciantur futura, repudiantur præſentia *l. 1. C. de pact.* Verbi gratia hereditas nondum delata vt conditionalis, itemq; legatum, aut fideicommiſſum aliaq; iura ſperata & futura renunciari poſſunt, repudiari non poſſunt, qua de re plenius *infra c. 3.* Dicas ne repudiari quidẽ poſſe quæſitã ſemel hereditatẽ vel bonorũ poſſeſſionẽ, qa ꝗ

qui-

acquiſitum eſt repudiari non poteſt. *l. 1. §. decretalis 4. ſucceſſ. Edict. l. Pomponius. de Negot. geſt.* Reſpondetur verum quidem id eſſe, hereditatem ſemel quæſitam repudiari non poſſe, ſemel enim heres ſemper eſt heres, ſed tamen delatam repudiari non poſſe, licet nondum adita. Interdũ tamen hæc duo verba confunduntur & nonnunquã etiã refutandi verbo vtuntur ſcriptores, maxime in Feudis. Ibi Feudi refutatio pro renunciatione eſt frequens, Germanic. Verzeihen. Eſt igitur hæc Renunciatio quædam refutatio & repudiatio iuris alicuius, ad quam voluntas eſt neceſſaria, vt & in pacto, ſiue conuentione. Eſt namq; renunciatio velut ſpecies pacti *l. 4. C. de Pact.* Et proinde de his Renunciationibus & remiſſionibus agitur *ſub tit. de Pact. & Transact.* In eo tamen differt renunciatio à pacto, quod pactum requirat duorum vel plurium conſenſum, & voluntatem, vt & contractus. *l. 1. §. 1. de pact.* Renũciatio vnius conſenſu fieri poteſt vt & pollicitatio *l. 3. de pollicitat. Ita Dd. ad l. 1. & 4. C. de Pact.* Renunciatio enim fit, etiam altero ignorante, & inuito interdum, vt cum renunciatur amicitia, ſocietas, Sponſalia, Matrimonium, vbi proprie dicitur Renunciatio, quia conditiones vxoriæ; hoc eſt ſponſalia, & nuptiæ plerunque per nuncium repudiari ſolent: Sponſalia quidẽ his verbis, conditione tua non vtor: nuptiæ vero, res tuas tibi habeto, claues mihi reddito *l. 2. de Repud.* Sed in hoc noſtro tractatu Renunciatio plerunq; factum continet, vel enim fit altero præſente, vt in pactis dotalibus, vt beneficiis fideiuſſoriis, & tutoriis &c. Vel abſente quidem altero, ſed tacite conſentiente, & alterius renunciationem ratum habente, vt pote in vtilitatem abſentis factam. *l. 4. D. de Pact.* Et plerunq; fit renunciatio, nudo conſenſu & iurato *c. quamuis, extra. de Pact.* Quæ ita differunt, vt iurata valeat. Iniurata & nuda non item. *l. pactum dotale. C. de pact. conuent.* Sed hic oritur quæſtio an pro renunciatione habeatur promiſſio de renunciando.

ando, vt in pactis dotalibus fieri ſolet, ſi aſcriptum eſt, vt ſponſa renunciet bonis paternis, poſtea fit, vt omittatur renunciatio, hic quæritur, An illa ſcriptura, & nuda promiſſio vim habeat renunciationis, qua poſſit ſponſa excludi, de qua quæſt. Nicol. Boer. *deciſ. 3.* Ioh. Fichard. *conſil. 90. lib. 2.* Id. Fich. *conſil. 52. incip. Nobilis olim lib. 1.* Tiraquel. *de Retract. lib.* 4. Couar. *in c. quamuis. n. 3. init. tert. part.* Angelus. *in terminis in conſil. 199.* quem alleg. Mynſingerus *conſil. 50. nu. 30. cum ſeqq. cent. 1.* Weſenb. *conſil. 11. ſub. n. 28.* nouiſſime videatur Nicol. Euerhard. iunior *conſil. 6. vol. 1. per tot.* Et certum eſt nudam de renunciando promiſſionem non haberi pro renunciatione, quemadmodum aliud promittere ſe venditurum, aliud vendere, aliud promittere ſtipulanti ſe ſponſurum, aliud ſpondere, aliud renunciare, aliud facere pactum de renunciando, & multa tractentur, quæ non perficiantur. *l. ſi fideiuſſor §. meminiſſe. de legat.* 1. *l. ſi quis §. vlt. de verb. oblig.* Qua diſtinctione putant quidam defendi poſſe vulgarem Sponſaliorum per verba de præſenti & futuro diuiſionem, vt per verba de præſenti matrimonium, per verba de futuro non item contineatur. Atq; ita in grauiſſima cauſa pro ſponſa eſſe iudicatum teſtatur Boer. *deciſ. 3.* Sed de iurata promiſſione, quam pleriq; pro renunciatione habent, dubitari poteſt. Nam licet magna vis ſit iuriſiurandi, maxime iure canonico, non videtur tamen hoc poſſe, vt idem ſit promiſſio, & præſtatio, idem dabo, & do tibi mutuum, renunciabo & renuncio. Affert quidem Couar. leges quaſdam, & argumentum ex vulgari axiomate, ambages & circuitus eſſe vitandos, ſed vt & leges ad rem facerent, vt non faciunt, & axioma verum eſſet, vt non eſt, qua de re alias, valerent illa non minus pro ſimplice, quam pro iurata promiſſione. Ad modum quoq; renunciationis pertinet, quod Renunciatio interdum fit ſpecialiter, & de vno tantum iure, aut beneficio, interdum generaliter, & de omni iure, & beneficio. Quemadmodum &

pactū aliud est generale, aliud speciale *l.25.in fin.de pact.* Quæ differentia diligenter obseruanda: est n. maximi momenti, vt *infra* dicetur. Ad modū quoq; pertinet, quod Renunciatio fiat interdū tacite, licet plerunq; expresse, & verbis nuncupata *l.3.& 4.de Pact.* Huc quoq; pertinet, quod vt pacta & contractus, ita Renunciatio fieri possit, non modo pure, sed etiam in diē, & sub conditione, vt in pactis dotalibus filię bonis paternis renunciant, quantū extabit aliquis ex familia masculi. Ex his natura, siue essentia Renūciationis intelligi facile potest, eaq; paucis verbis definiri, videlicet quod Renūciatio sit voluntaria rei aut iuris sui repudiatio siue remissio. Alieni namq; iuris improba & inutilis est renunciatio. Vt & conuētio, quæ alteri parti neq; prodesse, neq; nocere solet. *l.praescriptio 10. §. vlt. de Pact.* Iuris nomine generaliter accepto, intelligitur & hereditas, & dominiū, & seruitus, & vsusfructus, & Emphyteusis, & Feudū, & pignus, & obligatio, & actio, aliaq; iuris commoda, & beneficia, vt & exceptio, & intelligitur ius non modo præsens, sed etiā futurū, de quo tamen, vt de omni iure quoq; infra peculiari capite de Rebus tractabitur. Affert & Hostiensis definitionem, *in sum. tit. de Renunciat. lib.1. Decretal.* etiamque Baldus, sed eodē fere recidunt. Diuisiones autem renūciationis ex modo fere sumuntur. Prima sit ista, vt alia renunciatio sit generalis, alia sepecialis, Ea n. dicitur generalis, quando quis omni iuri, omni exceptioni, omnī priuilegio, omnibus actionibus renunciat Specialis vero, quando quis huic vel illi iuri, vt hereditatis, seruitutis, pascēdi, vel altius non tollendi renunciat. Etsi aūt sæpe specialia generalibus sunt potiora, & efficaciora, vt videre est *l.1.C. de seru.p gn. dat. l.licet.in quib.caus.pign.tacit.* & ibi Accurs. plerunq; tamen generalis orationis, atque scripturæ eadē vis est in genere, q̄ est specialis in specie. Sed hęc generalitas intelligi & restringi debet primū, vt in iis tantum habeat locū, de q̄bus actum & cogitatum, non vero in iis, de quibus non fuit cogitatum, *l.9.§.1.de Transact 2.* non habet locum in his, quæ renuncians ignorauerit. Nemo n. ea concedit quæ nescit *l. in lege de cō-*

trah.empt.l.nemo 118.& ibi Deci⁹ *de Reg.iur. l. tres fratres. de pact.* vbi diuisio inter fratres facta generaliter, non tamē locū habet in bonis, q̄ vnus fratrum subtraxerat, & ab aliis ignorabatur. 3. In iis tantū locum habet hæc generalitas, q̄ & specialiter sint licita. Quod n. specialiter non licet oppignorare, aut renunciare, nō continebitur hypotheca vel renunciatione generali. *ar. l. cum quid. de Reb. Cred.* 4. Generalis renunciatio intra fines cōtractus, vel negotii de quo fuit interposita, coerceri & restringi debet. *l. vlt. C. ad S.C. Velleian.* vbi & Baldus plenius hoc explicat. Sunt aūt quædā nominatim & specialiter factę renūciationes infirmæ & inutiles, partim ratione modi, partim ratione personæ, & rei. Verbi gratia si vi coactus quis renūciat iuri suo, si renūciat hereditati viuentis certe & his casibus, quibus specialis non valet, nec generalis quidem valebit quoad illa specialia. Cæteroquin generalis Renunciatio omnia complectitur, qua de re copiose Tiraquell. *ad l. si vnquam. num. 12. & 16.* maxime si generalis hæc renunciatio facta fuerit, vel apud acta, vel in contractu & conuentione, vel si iurata fuit propter auctoritatē & iusiurandi, & actorū, siue Iudicis, & pacti, siue fidei ab ipso renūciante interpositæ. *l. cū Aquiliana de Transact. l. si quis domū. §. Iulianus Locati. l. 9. C. de pign. act.* Nec interest, vtrū generalis cum speciali interuenerit Sæpe n. solēt cōtrahentes post generalē renunciationē adiicere specialē, seu singularē enumerationē rerū renunciatarū. Castr. *ad l. 4. Sed et si §. quæsitū, n. 6. si quis cautionib. in iudicio.* Plane q̄dā sunt casus, quibus mandatū, ita & renunciatio generalis nō sufficit sed necessaria ē specialis, quos ibi Castr. cōmēmorat, sed cōfuse, hoc ē, nō distinguens mādatū, aliaq; à Renunciatione. Mādato igit͛ aliisq; omissis videamus breuiter de Renunciatione, cuius est casus specialis. *d. §. quæsitū.* Vbi Renunciatio omniū exceptionū ob desertū vadimoniū īprobat͛ & requirit͛ specialis certe ex mēte Iustiniani & Triboniani poti⁹ q̄ Vlpiāi, q illū §. misere cōtorsit, & mutauit.

Non enim dubiũ eſt quin Vlpianus Attilicini ſententiã putantis eam conuentionem ſiue renunciationẽ nõ valere, reprehenderit. Sic n. ait, Ego vero puto conuentionẽ iſtã valere. Tribonianus autẽ verba Vlpiani ita interpolauit: ſed ego puto conuentionem iſtam ita valere, ſi ſpecialiter cauſæ exceptionum ſunt expreſſæ, quibus à promiſſore ſponte renunciatum eſt; quæ interpolatio quandam velut repugnantiam inducit, & abſurditatem. Nam quæſtio d. ∬. hæc eſt, an generalis exceptionum Renunciatio de ſiſtendo valeat? Reſpondet Tribonianus valere, ſi ſpecialiter ſit renunciatũ. Similis perplexitas reperitur & in aliis legib. *l.3. C. de Pignor.* vbi quęritur, an hęc conuentio, vt creditor hypothecatæ domus, poſſeſſionem ipſe occupare poſſit, propria auctoritate, valeat, & an ſi repellatur, vel ſaltem prohibeatur, nihilominus ingrediens vim nõ facere videatur? Reſcripſit Imperator valere, & poſſe creditorẽ eã legem exercere, hoc eſt ſua ſponte ingredi poſſe poſſeſſionem, nec vllã vim facere. Ita reſcripſerat Imp. Seuerus, ſed Tribonianus ita mutauit, hũc creditorem ſi ſecutus eam conuentionem ingrediatur, vel prohibitus, vel ſaltẽ monitus ne ingrediatur, non videri quidẽ vim facere, nempe propter conuentionẽ, ſed tamen non debere eum ingredi, ſine auctoritate Præſidis. Quæſtio igitur iã hæc eſt, an poſſit ex conuentione ingrędi propria auctoritate? Et reſcripſerat Imp. *in d. l. 3.* poſſe. Sic enim verba legis ſe habent: *Creditores, qui non reddita ſibi pecunia, conuentionis legem ingreſſi poſſeſſionem exercent, vim quidem facere non videntur, attamen auctoritate Præſidis poſſeſſionem adipiſci debent.* Vult igitur Iuſtinianus, creditorem non ingredi debere propria auctoritate, licet eum liberet à remediis & pœnis de vi. Sed Seuerus Imp. voluit poſſe eum propria auctoritate ingredi. Quæ Seueri ſententia adhuc ſeruatur in foro. Eodem pertinet *l. pen. C. de pignor. act.* vbi Tribonianus, in hac ipſa re, hoc eſt de ingrediendo verba Imp. Diocletiani interpolauit. Ita enim Imperator:

tor: *Nec creditor inquit citra conuentionem, debiti causa, res debitoris arbitrio suo auferre potest.* Sed Tribonianus ita, nec creditor citra conuentionẽ vel præsidalem iussionem debiti causa res debitoris arbitrio suo auferre potest, indicans sine iussu præsidis nõ posse creditorem suo arbitrio pignus auferre. Ratio excepti casus, de quo modo diximus, varia redditur ab Interpretibus. Sed hæc ferè obtinuit, quod hæc promissio de sistendo est cautio, siue promissio prætoria, quæ cautiones interpretationem recipiunt ex mente Prætoris *l. in conuentionibus 42. de verb. oblig.* Non patitur autẽ prętor, neq; vult quemquam sub generali, & obscuro verborum complexu decipi. Atq; ita hac quoq; in re differentiam faciunt inter iudicia, & contractus, vt in his renunciatio generalis valeat, in illis non valeat, sed necessaria sit specialis, quæ differentia nullo iure aut ratione nititur. Ratio autem casus excepti, *in d. §. quæsitum*, est in voluntate, & ingenio Iustiniani, qui amat specialia, & maximè in hoc casu, hac fortasse de causa, quod videatur inhumanum aliquem excludi siue non excusari impedimentis licet iustissimis, vt morbi tempestatis, &c.

Secundus casus exceptus est in legitima, ex l. si quando, §. & generaliter. *C. de inoff. Testam. verb. nisi hoc specialiter.* Vbi renunciatio supplementi legitimæ non conceditur, nisi specialiter facta, de qua plenius Ant. Gabriel de legitima in conclusionibus *concl. 8.* & Mascard. *de probat. verb. Renunciatio generalis n. 23.* qui multos alios Dd. congerunt.

Tertius casus exceptus in dote ponitur, hoc est, vt filia non possit doti renunciare, nisi specialiter, latiss. Decian. *consil. 305. per tot.* Quia inquiunt dos in locum legitimæ succedit, quod tamen refutauimus, in tractatu nostro de Iure dotium, nec verum puto hunc casum exceptum, cuius in iure nulla sit mentio.

Quartò excipitur & Feudum, vbi & generalis renunciatio bonorum non nocet quoad Feudum. Mascard. *dicto loco n. 13.*

con.13. Decianus *d.consl.395.* Quæ exceptio licet non extet in iure, ratione tamē nititur. Quia omnis Renunciatio sit coarctanda, & strictè interpretanda. Bonorum autem nomine, & hereditatis paternæ, maternæ, fraternæ, &c. feuda ꝓpriè & strictè nō continentur. Non enim ea tam beneficio patris, quam senioris deuoluūtur. Et proinde Feuda nec in petitionem hereditatis deueniunt, nisi sint feuda impropria, & ad naturam allodialium redacta, vt in Gallia: hoc enim casu, quia inter feuda, & allodialia, nulla ferè est differentia, videtur generali renunciatione bonorum, etiam feuda contineri.

Excipitur quinto, *ar. l. 2. C. de Rescind. vendit.* læsio enormis, tam ex emptione, quam transactione, & diuisione. Tiraq. *l. si vnquam in præfat. n. 127.* Sed hæc quoq; exceptio mihi à iure aliena videtur. Nam q omni beneficio renunciat, certè & beneficio restitutionis, siue actioni renunciare censendus est. *l. regula. §. vlt. de iur. & fact. ignor.* Quare mulier, quæ renunciat omni beneficio iuris, & fideiussor, qui beneficiis fideiussoriis generaliter renunciat, non videtur posse, neque mulier, ad Velleiani, neq; fideiussor, ad Hadriani beneficium redire, neq; in iure textus est, vt non possit Velleiano renunciari, aut beneficiis fideiussoriis, nisi specialiter. Quamuis de beneficiis fideiussorum disputet Thoming. *in suis decisionib.* an illis generaliter renunciari possit, & rectè concludit generalem sufficere. *decis. 3. n. 3. & seqq. cum alleg ibid.* latè Decius *ad l. vlt. de Reb. credit. ar. l. si duo. §. 1. de administrat. Tutor.* Romanus quidem excipit vnū ex his beneficiis fideiussoriis, videlicet cessionis, siue cedendarū actionum, sed eum diligenter refutat Decius *consil. 27.* Atq; hæc de prima Renunciationis diuisione, in generalē, & specialem sufficiant, de qua copiose Tyraq. Mascard. Thoming. *locis allegatis.* & Decianus *consil. 39.* Hic tantum leuiter addendum, Interpp. nonnullos ex bimembri trimembrem facere diuisionem, 1. generalem

lem (quam Bald. generalissimam) 2. specialem (quam idem generalem) & 3. singularem, (quam idem specialem vocat) Bart. Bald. & alij *ad sæpè d. §. quæsitum.* Thoming. prolixè *dicto loco.* Et huius trimembris diuisionis vsus, & effectus non contemnendus apud eos reperitur. Specialis enim, siue generalis renunciatio semper valet; generalis plerumque. Generalissima raro, vtpote minus incerta, & obscura, verbi gratia, si fideiussor dicat, renuncio omni priuilegio, renuncio remediis siue beneficiis fideiussoriis, & renuncio vel beneficio cessionis, vel excussionis. Et in ipsis Doctorum scriptis hæc discrimina obseruare non est inutile. Interdum enim Interpp. generalem Renunciationem negant recipiendam; interdum aiunt. Sed hic intelligenda est illa media, Romanus *consil. 269. tom. 2. & consil. 472. numer. 2.* Hyppolit. de Marsil. *ad Tit. Digestorum. de Fideiussoribus. num 29.* Verba generalissima, propter obscuritatem, & incertitudinem, parum aut nihil operari solent. *arg. l. quo mutuum 56. §. salarium. Mandati. l. salarium 16. Cod. eod. tit.* Iason. *l. 1. num. 12. Si quis in ius vocatus, &c.* Bart. Castr. *d. §. quæsitum.* Excipitur hic casus quando generalissimam præcedit specialis enumeratio, vtpote si fideiussor renunciet beneficio diuisionis, cessionis, omnique iuris remedio: hoc enim casu hæc renunciatio licet generalissima est efficax. Accurs. *d. §. quæsitum. vers. specialiter. Ibid.* Alexand. *num. 10. ibid.* Clausula enim licet valdè generalis, hic tamen quodammodo specialis, ob specialem præcedentem enumerationem, vt ait Cynus. *leg. 1. C. Commod.* Iason *d. §. quæsitum. num. 15. argum. c. sedis. 15. extr. de Rescript. & c. 4. qui ad agendum de Procurator. in 6.* Dicet aliquis, si generalissima non valet, ob incertitudinem, & obscuritatem. Ergo, nec valebit generalis, quia & ea incertitudinem contineat. *argum. l. 54. Quæro locati. l. 3. de Reb. dub. leg. obligatione de Pignor. dicta leg. quinquagesima quarta. de iur. fisci.* Sed dicendum, non eam esse obscuritatem mediæ, quæ est extremæ,

vt inter

vt inter hæc tria Triticum Bauaricum, & triticum Bauaricum optimum medium non tam est incertũ, quam prius extremum, neq; tam certum, quam posterius. Ita & Dialectici genera interiecta (subalrerna) nunc vocant species, nunc genera, dissimili tamen respectu, & comparatione, eodem modo Dd. renunciationem mediam, respectu generalissimæ, vocant specialem, sed respectu specialissimæ generalem. Rursus dicet aliquis, ne generalem quidem admittendam propter ignorantiam. Sępè enim fit, vt qui renunciet, minor verbi gratia competentibus sibi beneficiis, aut mulier, ignorent quæ sibi competant. Ignoratis autem renunciare nemo videtur *l. 9. qui cum tutorib. §. vlt. de Transact. l. mater 19. de inoff. testam.* & supra explicatum, vt transactionem, ita & Renunciationem, quæ duo remedia inter se sunt cognata, non produci ad ignorata *l. 5. cum Aquiliana de Transact.* Respondeo Iuris ignorantiam non excusare, nisi eos, quibus permissum est iura ignorare, vt mulieribus, minoribus, militibus, proinde receptum est, vt hæ personæ prius edoceantur, & certiorentur. Iohan. Ronchegall. *l. 3. §. vbi duo n. 112. de duob. reis.* Accurs. *l. vl. §. vlt. verb. non vsuram. ad S. C. Velleian.* Altera Renunciationis diuisio est, vel expressa, vel tacita, exemplo pacti taciti. *ar. l. 3. & 4. de pact.* Sic renunciationis tacitæ sunt casus nonnulli *in c. cum inter. de elect. c. ex literis. de Transact. c. quoad consultationem. de sentent. & re iudic.* Vbi tacite quis renunciat electioni, beneficio, appellationi, *in l. 31. si filius de Minor.* ibi tacitè maior renunciat restitutioni in integrum iam inchoatæ accipiendo legatum ex testamento patris, *vt in l. 6. §. vlt. & l. seq. de bonis libert.* vbi tacitè patronus renunciat bonorum possessioni, contra Tabulas liberti. Sic & querelæ renunciatur tacite legatum accipiendo *l. 10. §. 1. & l. 12. de inoffic. testam. l. parentib. C. eod.* Sic etiam est casus *in l. 70. eod.* Ex quibus intelligitur posse quem iuri suo tacite quoque renunciare. Quod & de matrimonio videtur receptum *l. vlt. de diuort.* Quæ tamen tacita

renun-

renunciatio matrimonij, in casu *d.l. tantum.* inter patronum, & libertam scilicet permittitur, inter alios enim repudium est necessarium *l. nullum. de diu rt.* Tertia Renunciationis diuisio est, qua vel est simplex & nuda, vel est non nuda, siue causatiua, causam & Synallagma continens. Nuda dicitur, qua quis per se, & sine alio tractatu, vel contractu vtitur, vt si quis vltro desistat à lite, si debitum, vel obligationem remittat. Non nuda, siue causaria est ea, quæ in aliis conuentionibus, & tractatibus, siue contractibus, interuenire solet. Cuius generis Renunciatio est ea, quæ moribus nostris celebratur inter pacta dotalia, qua sc. filiæ successionibus, aut feudis renunciant. Cuius diuisionis vis & effectus non est exiguus, ex Interpretum opinione. Videatur Bald. *consil. 96. lib. 4.* Castrens. *consil. 310.* Matth. de Afflict. *decis. 161.* Maranta *disput. 10. n. 6. & 7.* Verbi gratia, si duas quis habeat sorores, quarum altera renunciet hereditati fraternæ, siquidem simpliciter non excludetur, si solenniter excludetur, Marant. *d. loco.* Afflict. *d. decis. 161.* Afferunt & hunc eius diuisionis effectum, quod solenni, & nō nuda renunciatione futurum quoq; ius remitti possit: Simplici, & nuda non posse. Marant. *ib. n. 6. & 7.* Sed de eo nos *infra capit. de rebus.* Hæc autem diuisio Renunciationis, vt alia sit nuda, alia causaria, siue non nuda, non videtur à iure prorsus aliena, in quo & conuentiones ita diuiduntur *l. 7. de pact.* Ita vt renunciatio videatur nunc esse pactum, nunc contractum. Quemadmodum & pollicitatio plerumq; neq; est pactum, neq; contractus. *l. 3. in princ. de pollicitat.* Pactum enim non est, nisi duorum, vel plurium, pollicitatio plerumq; est vnius tantum, vt & sæpè renunciatio, vt supra dictum, sed interdum pollicitatio definit, & vergit in contractum. *l. vlt. de Act. & oblig.* interdum in pactum nudum. *l. dotale 15. de fund. dotali. l. qui negotia Mandati.*

D Cap.

Cap. I.

De Personis.

HOc caput paucis verbis continetur, & intelligi ferè potest ex argumento *de pact. & Transact.* In pactis autem & contractibus caput de personis ferè est bimembre, qui sc. pacisci vel contrahere possint, qui non, & an alteri quis pacisci aut stipulari possit, vbi de procuratore, tutore, curatore, parentibus, liberis, dominis, seruis, &c. Quod ad prius membrũ, Qui possint renũciare, id ex contrario colligitur. Quo in numero est furiosus. *l. pen. C. de curat. fur. vel prodigi*, cui non absimilis est infans, atq; adeo pupillus, qui rem suã paciscendo meliorem quidem facere potest, deteriorẽ verò, quod fit renunciando, non potest. Quare pupillus neq; vt transigere, ita & renunciare non potest. Imo ne minor quidẽ, vel transigere, vel renunciare potest. *l. 33. si minor. de Minorib. l. 9. in fin. de Transact.* Quia vtraq;, & transactio & renunciatio, videtur alienationem continere, quæ minoribus maximè curatorem habentibus non permittitur. *l. 3. C. de in integr. restitut.* Idemq; in prodigo perspicuũ est, eum renunciare non posse, de muliere, & rustico dubitatur, sed mihi videtur certi iuris esse hos posse iuri suo renunciare. De mulieribus est *l. vlt. ad SC. Velleian.* Rusticorum & agricolarum fit mentio *l. vlt. C. de testam.* Sed de renunciationibus nulla lex extat, ideo imputet sibi qui volens renunciat, cum possit non renunciare. Ex definitione, qua dictum fuit eam esse iuris sui quandam remissionem, intelligitur quemq; suum duntaxat ius, non verò alienum renunciare posse, siue eum tantum cuius interest, adeo, vt ne pater q̃dẽ ius filij renunciare possit, & Procurator Domini. Quia renunciatio sit quædã donatio, q̃ nõ continetur ne generali quidẽ mandato, quo, licet generali, administratio tantũ data est. Aliud est autẽ administrare, aliud donare,

l. 4. C. de

l.4 C.de Transact.l.vlt.de Reb.eor.qui sub tutel.l.vlt.de Curat.furios. Multo autem minus filius iura patris renunciare potest: aut seruus Domini, quorum conditio per seruos, aut liberos melior fieri potest, deterior non potest. *l. melior. de Reg. iur.* Sed hoc ad alterum de personis membrum pertinet. Prius enim est, qui possint renunciare, qui non, alterum quibus prosit, vel noceat renunciatio. Quod item exemplo pacti explicandum. Nam vt in pacto & contractu nota est regula: *Pactum cum alio factū alij nec nocere, nec prodesse debet.l.26.ante omnia. de pact.* Ita & hic de renunciatione dicendum, etiam nec prodesse, nec nocere aliis, quam inter quos sit facta, sed hic heredum est habenda ratio, quibus & nocent & prosunt pacta defuncti, cum eadem sit persona, maximè si pacta sint in rem, *l.& heredi 21. de pact.* Idem & de renunciatione dicendum, vt & heredi prosit, & noceat, modo sit res ea & ius, quod sit hereditarium. Nam alioquin, si est res non hereditaria sed alio iure, vt familiæ, vel agnationis, competens, vt est feudum agnaticum, eius renunciatio à defuncto facta, eius licet heredi agnato non nocet. Quod idem & in pactis, & Transactionibus ius est, vt sc. transactionibus feuda siue ius in iis iam agnatis quæsitum, non possit illis adimi. Ex quibus intelligitur renunciationis, conuentionis, atque transactionis magna cognatio, maximè si renunciatio non sit simplex. Nam renunciatio, vt supra dictum, vel est simplex, vel fit inter duos consentientes, quo casu est species conuentionis, sed transactio, & conuentio etiam semper fit inter duos.*l.1.§.1.de pact.* Transactio fit, dato, vel retento aliquo. *l.Transactiones. C. de Transact.* Renunciatio fit sæpè nullo vel dato, vel retento. Transactio deniq; fit ob controuersiã, aut motã, aut mouendã.*l.1.de Transact.* Sed renunciatio fit sine controuersia, vt & pactum, & proinde vt pactũ donationis speciẽ continet, cum contra Transactio non fit donatio, sed compensatio quædã, quo modo pactũ à Transactione distinguitur. *l.1.de Transact.*

modo verba ita distinguantur vt monet text. *in l. 9. in ædibus. de donat. l. 52. si quis vxori, §. si seruus. de furt. l. 3. C. de repud. hered.*

Cap. II.
De Rebus.

HOc caput est grauissimum & vtilissimum, in quo explicandum, quæ iura renunciari possint, q̃ non, de quo extat Alberici Tractatus *de Renunciationibus.* Qua de re Interpp. veteres *ad l. 1. & l. pen. C. de pact.* Et Vitalis de Campan. prolixi sui tractatus de clausulis partem dimidiam cõsumpsit in hoc capite. Idem caput tractatur ab Angelo *ad tit. Institut. de Exceptionibus.* Et à Bertachino *in suo reper. orio.* Nos nũc in hoc perutili & præclaro capite ordinem tenebimus, vt prius communia, posterius propria iura examinentur, & in propriis ordinem Institutionum sequemur.

Quod ad communia & generalia attinet, duo potissimum sunt hic tractanda. 1. An possit omni quisiuri suo renunciare. Alterum an etiam iuri futuro? De hoc dictum supra nonnihil *ad l. 1. C. de pact.* de illo ad *l. pen. C. eod.* qua de re prolixè disputat Hippolit. de Marsil. *de Fideiussorib. num. 34.* Roland. à Valle *consi. 13. num. 6. & seqq. vol. 1. & consil. 17. num. 10. cum seq. vol. 4.* Idem *Tract. de lucro dotis quæst. 42. num. 10.* Göddæus *l. 3. num. 29. cum seqq. de verb. signif.* Quod ad prius attinet, regula dicitur esse vetus *d. l. pen.* Omnes licentiam habere his, quæ pro se sunt introducta, renunciare, quæ & aliis textib. confirmatur, vt & supra monuimus. *l. si iudex. de Minorib. & Ratione.* Quia inuito non datur beneficium. Obseruandum autem, quod in regula expressum est, in his quæ pro se introducta sunt, *d. ctis ll.* Nam quæ pro aliis introducta sunt, siue priuatis, siue pro ipsa Repub. nemo alius renunciare potest. Pro priuatis quidẽ, quia alij neq; prodest, neq; nocet pactum alterius. *l. 27. si vnus. §. ante omnia. de pact.* Multo autem minus pro Repub. *l. 37. Imperator, eod. tit.* Ius n. publicum

priua-

priuatorum pactis mutari non poteſt, verbi gratia iusiurandum calumniæ Iuſtinianum, ſiue iudiciale renunciari non poteſt. Quia in Reipub. vtilitatem inductum eſt, *l. 2. C. de iureiur. propter calum.* Sic toti ordini iudiciario non poteſt renunciari, quia propter vtilitatem publicam legibus & moribus eſt conſtitutum. *l. prolatam. C. de ſentent.* Interdum tamẽ renunciatio, & pactum valet, de ordine Iudiciario, de quo infra. Excipiuntur quoq; caſus aliquot, in quibus ne ſuo quidem iuri renunciare quis poteſt, vt alimentis legatis, de quibus transactio eſt vetita. *l. 8. cum hi. d. Transact.* Vt in dote, ne ea reddatur, longiore die, notum eſt ex *l. 1. §. 2. C. de rei vxor. act.* hodie dotem immobilem ſtatim, mobilem poſt annum reſtituendam. Huic iuri mulier renunciare non poteſt, & conuentio, vt dos immobilis non reddatur, ſtatim poſt ſolutum matrimonium, ſed aliquot poſt menſib. non valet. *l. d. die. l. Attilicinus. de pact. dotal. b.* Ratio eſt, quia & Reipub. interſit mulieres eſſe dotatas *l. 1. ſolut. matrim.* & proinde hæc conuentio, qua dotis cauſa fit deterior, quaſi contra Reip. vtilitatem facta, non videtur valere, vt in beneficio, quod maritus habet, de dote conuentus, ne condemnetur vltra id quod facere poteſt, huic beneficio licet ſuo, & priuato, facta renunciatio non valet. Quia talis pactio ſit contra bonos mores & contra reuerentiam ab vxore debitam marito. *l. alia §. 3. ſolut matr.* Pacta vero contra bonos mores facta improbantur *l. 7. §. ait Prætor. de Pactis*, vt in alienatione prædiorum minoris, quæ vetita eſt, ſiue decreto, ex oratione Seueri. *l. 1. & tot. tit. ff. & C. de prædiis Minor.* cui orationi Minor renunciare non poteſt, quia faceret expreſſe contra ius publicum, quo nominatim interdicta eſt hæc alienatio, licet hoc ius ad priuatum potius minoris commodum, quam publicum pertineat. Vt enim Prætor ipſe contra expreſſas leges, & ius publicum nihil facere poteſt, verbi gratia dare bonorum poſſeſſionem, cui lex vel conſtitutio aliqua prohibet, *l. 7. non eſt*

ambigendum. §. Vbicunq. de bonor. possess. Ita & multo minus paciscendo, vel renunciando, contra expressas leges, facere quis potest, ne testando quidem. *l. nemo potest. de legat. 1. l. contra. de Pact. l. codicillis. §. vlt. de leg. 2.* Quodsi renunciatio contra leges, aut ius ciuile facta non valet, multo minus valebit contra ius naturale. *l. nec si valens. C. de liberal. caus. l. iura sanguinis. de Pact.* Dictum est, iuris & commodi sui renunciationem valere, alieni non valere, quidsi commune sit commodum mihi cum alio? Hoc casu non male Interpp. adhibent hanc distinctionem, vt si ius & beneficium illud sit indiuiduum, valeat renunciatio, pro parte renunciantis. *d. l. Iurisgentium 7. §. si paciscar. & d. l. 27. §. pactus. vers. Itē ne expediat. & l. vl. de pact. l. post mortem, § fin. de bon. poss. contr. tabul.* Si vero sit indiuiduum, non valere ne quidem pro parte renunciantis, *l. cum venire. & d. l. Attilicinus, & d. l. de die. de pact. dotal. l. quos prohibet de postulando. l. filius fam. §. similes. de Procur.* Ratio distinctionis est hæc, quia sæpe per alium habere, aut retinere quid possumus, quod per nos ipsos non possumus.

Quod attinet ad alteram quęstionem de iure futuro, vt de legato, de Fideicommisso, de hereditate obuentura, vel sperata, exposita sunt nonnulla initio huius tractatus. *ad l. 1. C. de pact.* Vbi de spe fideicōmissi renunciatio siue conuentio facta valet. Bart. multarum auctor distinctionū, quas omnes ex libris Bartoli excerptas quidā Anonymus in vnum volumen coniecit, de hac quoq; renūciatione iuris futuri tri membrē distinctionē facit. Vel n. ius est in re inqt, & in spe, vel est in spe tantū, non vero in re: vel deniq; est, nec spe, nec re, hoc ē, vel ē iā certū, vel speratū, vel neutrū. Quod ad primū ius attinet, sic subdiuidit, vt vel lege, & iure, vel facto obuenerit, & illud quidem, quod iure, & lege obuenit, vt legatum, hereditas, &c. nuda posse renunciatione amitti. Affert *l. vlt. C. de repud. hered.* sed de repudiatione ille text. loquitur non de renunciatione, quas inter differentiæ quædam supra sunt

expo-

expositæ,& in his ista potissimum, quod repudiantur præsentia tantum, renunciantur futura *l. si ita scriptum. de legat. 2.* Est enim repudiatio eius, quod iam quis habet, abdicatio, nec temere debet quod de præsenti sit porrigi ad futurum, videatur Hyppol. Riminald. *consil. 72. n. 112 lib. 1.* Grauet. *consil. 11. n. 5.* Menoch *consil. 371. lib. 4.* Bursat. *consil. 347. n. 17. & seqq. lib. 4.* Euerh. *in loco à generalitate in Topic. legal. n. 10.* Vnius enim iuris abdicatio nõ producit ad aliud *l. si domus.* & ibi. Bartol. *de seruit. rust. præd. l. si mihi. eod.* Si autem facto nostro ius competat, iam rursus distinguit inter ius rei, & personæ. Illud posse tolli renunciatione vt possessionem, sed excipit dominium. *l. si quis, §. differentia. de acquir. possess.* Vbi inter possessionem, & dominium hæc affertur differentia, quod possessio nuda voluntate nolentis possidere amittitur, dominium non amittitur. Ratio differentiæ, quia dominium est iuris. Possessio facti, & proinde in ea multum potest animus & voluntas, quare si quis dicat se nolle esse dominũ, nihilominus manet dominus. Necesse enim est vt ad voluntatem accedat & factum aliquod, si dominus esse desinat, vei bi gratia, vt rem abiiciat, vel pro derelicta habeat. *l. 1. Pro derelicto.* Sed possessio, quam Bart. inter iura rei numerat, est illa quidem rerum, (Personę enim liberę non possidentur, vt neq; sunt in dominio. *l. 1. §. 1. de Rei vendic.*) Sed tamen proprie non est ius rei vel in rem siue reale, vt ille loquitur, quia iura in rem pariunt actionem in rem. *§. 1. & aliquot seqq. Instit. de Actionib.* possessio parit actionem in personam siue Interdict. *l. 1. §. vlt. de interdict.* Ius igitur, quod facto nostro quæritur, à Bart. dicitur renunciari posse, si est ius rei, si vero est ius personæ, vt agnatio, vt filiatio, non potest renunciari simpliciter, sed pacto inquit potest. *ar. l. fideiussores. de pact. l. stipulatio §. alteri. de verb. oblig.* Sed neque hoc verum videtur Ius enim agnationis pacto renunciari non potest. *l. 34. ius agnationis. de pact.*

de pact. Cur ita: Quia hæc personarum iura, vt acquiruntur, ita amittuntur, legibus, ac iure, non vero priuatis pactionibus, vt matrimonio, vt capitis diminutione maiore. Sed videtur Bart. & Angel. qui eadem vtitur distinctione *ad l. 1. C. eo.* Iuris personalis nomine intelligere actionem vel exceptionem, per alterum alteri quæsitam. De his enim agitur *in d. l. Fideiussores. & d. §. alteri,* de quibus nos infra, vbi de renunciatione eorum, quæ ad iudicia pertinent, in quibus est & actio & exceptio. Atq; hæc de iure certo, siue de primo distinctionis membro.

Quod ad alterum, vt est de iure sperato, consentiunt posse relinqui, sed non renunciatione simplici, verum pacto. Dictũ est enim supra de renunciationũ diuisionibus, differre renunciationem ab ea, quæ fit pacto. Hac ius speratum igitur, vt fideicõmissum, remitti, & tolli posse aio. *l. 1. C. de Pact.* Illo non posse, nisi aduersario præsente quis simpliciter renunciet iuri sperato. Hæc enim licet simplex renunciatio valet ob præsentiam aduersarii, qui tacite censetur renuncianti consentire. *ar. l. 40. tale pactum. de pact.* simplicem vero iuris sperati renunciationem factam in iudicio volunt habere vim pacti, propter iudicii auctoritatem *arg. l. 1. C. de curat. bon. dand.* Breuiter de altero membro ita subdistinguunt, vt pacto remitti possit, simpliciter autem, vel parte præsente, vel absente. Et si absente vel in iudicio, vel extra iudicium, & hoc solo casu non valere *d. l. si ita, §. si sub conditione. de legat. 2.* Tertium membrum de iure nec spe, nec re, ita distinguunt, vt in futurum quidem facta renunciatio valeat. *ar. l. si rem meam. de verb. oblig.* in præsens autem tempus non valeat. *ar. l. 4. C. de postlim. reuersis.* Sed hæc distinctio mihi aliena videtur, & *d. l. si rem meam,* non de renunciatione sed de stipulatione agit, quæ scilicet stipulatio rei propriæ in futurum, id est, in casum quo non sit mea, valere dicitur. Quare concludendum potius iuris futuri, cuius nulla neq; res, neq; spes est, renunciatio-

nem

nem fieri non poſſe. *l. ſi ita ſcript. d.* §. Quin etiam putat Hotoman *conſil. 70. n. 14.* nulli iuri futuro poſſe renunciari, ſed confundit repudiationem cum renunciatione: concedo tamen iuris futuri, nulla re vel ſpe noſtri, renunciationem non valere, *vt dictum.* Sed quod aliquatenus eſt noſtrum, vt legatum, aut fideicommiſſum ſub conditione poſſe remitti, *l. & heredi §. filiofam. & ſeq. l. 46 pactum. de pact. l. 1. C. eo. l. 11. C. de Transact.* Atq; hæc de vtroq; articulo, an omni iuri, & an iuri futuro renunciari poſſit ſint dicta.

Adfert & Hoſtienſis aliam & multiplicem diſtinctionem. *in ſumma tit. de renunc. lib. 1. Decretal.* qui ius diſtinguit in publicum, diuinum & humanum, & ſingulas eius ſpecies ſubdiuidit. Quæ tamen diſtinctio non tam renunciationi, quam pacto, & conuentioni videtur accommodatior.

Adfertur & alia diſtinctio iuris à Vitale de Campan. *Tract. Clauſular. tit. Quibus iurib. poſſit renunciari.* Sed tanta eſt varietas capitum, vix vt poſſint ad certa diſtinctionum capita reuocari. Sic & alii ius vel legem vetantem diſtinguunt à iubente, vel permittente, & plerią; conſentiunt vetanti ſiue prohibitiuo iuri non poſſe renunciari. Verbi gratia, lex vetat, fideiuſſorem dotis dare. *C. ne fideiuſſores dotium dentur.* Huic igitur legi non poteſt renunciari, hoc eſt maritus fideiuſſorem pro dote dare non poteſt, licet renunciet huic tit. ſiue legi fideiuſſionem prohibenti. Idem de iudice poteſt dici, ne quis in ſua cauſa Iudex ſit, item ne de ſtatu defunctorum poſt quinquennium quæratur. His igitur legibus vetantibus renunciari non poteſt, inquit Accurſ. *l. 1. C. ne fideiuſſ. dot.* Bart. Bald. aliiq; *l. 1. C. de pact.* Ei quoque iuri, quod certa ſolennia præſcribit, renunciari non poteſt. Bart. *l. 6. de his. de Transact.* Alexand. *in l. ius publicum. de Pact.* Adferunt & ius negatiuum, ius arctatiuum, ſiue conſtrictiuum, quæ ad prohibitionem referri poſſunt. Bart. *in d. l.* Tutius

de pact. Cur ita? Quia hæc personarum iura, vt acquiruntur, ita amittuntur, legibus, ac iure, non vero priuatis pactionibus, vt matrimonio, vt capitis diminutione maiore. Sed videtur Bart. & Angel. qui eadem vtitur distinctione *ad l. 1. C. eo.* Iuris personalis nomine intelligere actionem vel exceptionem, per alterum alteri quæsitam. De his enim agitur *in d. l. Fideiussores. & d. §. alteri,* de quibus nos infra, vbi de renunciatione eorum, quæ ad iudicia pertinent, in quibus est & actio & exceptio. Atq; hæc de iure certo, siue de primo distinctionis membro.

Quod ad alterum, vt est de iure sperato, consentiunt posse relinqui, sed non renunciatione simplici, verum pacto. Dictũ est enim supra de renunciationũ diuisionibus, differre renunciationem ab ea, quæ fit pacto. Hac ius speratum igitur, vt fideicõmissum, remitti, & tolli posse aio. *l. 1. C. de Pact.* Illo non posse, nisi aduersario præsente quis simpliciter renunciet iuri sperato. Hæc enim licet simplex renunciatio valet ob præsentiam aduersarii, qui tacite censetur renuncianti consentire. *ar. l. 40. tale pactum. de pact.* simplicem vero iuris sperati renunciationem factam in iudicio volunt habere vim pacti, propter iudicii auctoritatem *arg. l. 1. C. de curat. bon. dand.* Breuiter de altero membro ita subdistinguunt, vt pacto remitti possit, simpliciter autem, vel parte præsente, vel absente. Et si absente vel in iudicio, vel extra iudicium, & hoc solo casu non valere *d. l. si ita. §. si sub conditione. de legat. 3.* Tertium membrum de iure nec spe, nec re, ita distinguunt, vt in futurum quidem facta renunciatio valeat *ar. l. si rem meam. de verb. oblig.* in præsens autem tempus non valeat. *ar. l. 4. C. de postlim. reuersis.* Sed hæc distinctio mihi aliena videtur, & *d. l. si rem meam,* non de renunciatione sed de stipulatione agit, quæ scilicet stipulatio rei propriæ in futurum, id est, in casum quo non sit mea, valere dicitur. Quare concludendum potius iuris futuri, cuius nulla neq; res, neq; spes est, renunciationem

nem

nem fieri non posse. *l. si ita script. d.* §. Quin etiam putat Hotoman *consil. 70. n. 14.* nulli iuri futuro posse renunciari, sed confundit repudiationem cum renunciatione: concedo tamen iuris futuri, nulla re vel spe nostri, renunciationem non valere, *vt dictum.* Sed quod aliquatenus est nostrum, vt legatum, aut fideicommissum sub conditione posse remitti, *l. & heredi §. filiosfam. & seq. l. 46 pactum. de pact. l. 1. C. eo. l. 11. C. de Transact.* Atq; hæc de vtroq; articulo, an omni iuri, & an iuri futuro renunciari possit sint dicta.

Adfert & Hostiensis aliam & multiplicem distinction. *in summa tit. de renunc. lib. 1. Decretal.* qui ius distinguit in publicum, diuinum & humanum, & singulas eius species subdiuidit. Quæ tamen distinctio non tam renunciationi, quam pacto, & conuentioni videtur accommodatior.

Adfertur & alia distinctio iuris à Vitale de Campan. *Tract. Clausular. tit. Quibus iurib. possit renunciari.* Sed tanta est varietas capitum, vix vt possint ad certa distinctionum capita reuocari. Sic & alii ius vel legem vetantem distinguunt à iubente, vel permittente, & pleriq; consentiunt vetanti siue prohibitiuo iuri non posse renunciari. Verbi gratia, lex vetat, fideiussorem dotis dare. *C. ne fideiussores dotium dentur.* Huic igitur legi non potest renunciari, hoc est maritus fideiussorem pro dote dare non potest, licet renunciet huic tit. siue legi fideiussionem prohibenti. Idem de iudice potest dici, ne quis in sua causa Iudex sit, item ne de statu defunctorum post quinquennium quæratur. His igitur legibus vetantibus renunciari non potest, inquit Accurs. *l. 1. C. ne fideiuss. dot.* Bart. Bald. aliiq; *l. 1. C. de pact.* Ei quoque iuri, quod certa solennia præscribit, renunciari non potest. Bart. *l. 6. de his. de Transact.* Alexand. *in l. ius publicum. de Pact.* Adferunt & ius negatiuum, ius arctatiuum, siue constrictiuum, quæ ad prohibitionem referri possunt. Bart. *in d. l.* Tutius

autem est venire ad specialia & periculosum est, hæc ita generaliter definire, præsertim, cum ius nostrum propter varietatem circumstantiarum in singularibus maxime versetur.

Nunc generaliter singula iura Personarum tractemus. Primum igitur, an libertas & seruitus, quæ sunt iura personæ, an renunciari possint, videndum. Et libertas quidem nuda renũciatione amitti nõ potest, vt nec seruitus: certis enim modis acquiruntur & amittuntur. Quæritur de iure Patronatus, quod est personæ, vel rei. Rei voco, quod in Ecclesiam, vel ædem sacram conditor eius habet, de quo *tit. 9. Decret.* De veteri iure Bald. scribit, non posse remitti. *Auth. sed hodie. C. de iure an. aureor.* quia non sit in bonis nostris. Mihi tamen ex parte id remitti posse videtur, totum non item. Sunt enim huius iuris duo capita. Vnum in successione, alterum in obsequio liberti. Et operas quidem renunciari posse, successionem non item. Quia iure ciuili renunciatio contra bonos mores, qualis est hereditatis, non valet. *l. pen. C. de pact.* Sic quæritur, an possint Domini renunciare angariis? Hoc ius angariarum, siue potius eius vtilitas potest remitti, per Bart. *l. si non sortem. §. habitus. de condit. institut.* Patriæ potestati non potest renunciari, multo minus renunciari potest iuri filii, vel parentis, & proinde neq; obsequio, quod parentibus iure naturali debetur. Vtrum autem matrimonio contrahendo renunciari possit, dubium est. Videtur non posse, ne pact. quod non valet libertas matrimonii impediatur. *l. 19. si stipulatio. l. 134. de verb. oblig. l. 2. C. de inutil. stipul. l. 14. ab initio. C. de nupt.* Quibus ex legibus intelligitur, matrimonii contrahendi & dissoluendi liberam esse facultatem, nec posse eam in necessitatem conferri. Receptum tamen est, vt quis possit voto facto cœlibam vitam, omisso matrimonio, amplecti, cuius vitæ vt sanctioris

plura

plura quoque in iure ſunt commoda & priuilegia, *ſub tit. C. de Epiſc. & Cler.* Huc pertinet, & de dote, cuius nomine mariti in bona vxor tacitam hypothecam habet, an ei hypothecæ ipſa renũciare poſſit? Videtur quod non, quia cauſam dotis non liceat facere deteriorem, neque pacto, neque alio modo. *tot. tit. de pact. dotal.* Præſtat autem habere hypothecam, quam non habere. *l. plus cautionis. de Reg. iur.* tum quia remittens hypothecam marito vxor videtur donare. Eſt enim ſpecies quædam donationis renunciatio, vt ſupra dictum fuit, vbi de definitione. Donationes autem inter coniuges ſunt prohibitæ.

Hæc tamen renunciatio hypothecæ remiſſa eſt per text. *l. 11. C. ad SC. Velleian. & Auth. Si qua mulier. eod. l. iubemus. eo.* Late Matth. Cuno de Pact. *cap. 6. num. 80. cum mult. ſeqq.* Ratio huius iuris eſt, quia renunciatio ſiue remiſſio non eſt proprie donatio, maxime hypothecæ, quod eſt ius quoddam rei, non res ipſa, & eſt ius rei leuiſſimum. Excipit tamen Bart. tres caſus. 1. Si maritus non ſit ſoluendo, & præterea alios duos recenſet, *ad l. mediam. §. 1. ſolut. matr.* quem alii ſequuntur. Sed hæ illorum exceptiones ſunt commentitiæ, & proinde non recipiendæ: ſtandum enim Regulæ, donec exceptio probetur. Eas autem exceptiones illi nullas probant, nec lege, nec ratione. Cæterum ſi metu hæc renunciatio ab vxore facta ſit, non valet, vt recte Accurſ. & Bart. *l. 1. §. oneranda. Quar. rer. act. non detur.*

Quod attinet ad tutelas, quæ & ipſæ inter iura Perſonarum numerantur, olim renunciatio tutelę erat recepta, & ceſſitius tutor dicebatur. Vlp. *lib. reg. tit. 13. de tutel.* Quo iure hodie non vtimur, excuſatio tantum certis de cauſis permiſſa eſt, renunciatio non item. Quæritur autem an poſſit tutori pupillus remittere actionem tutelæ? Qua

dere infra capite de iudiciis & Actionib. Illud adiiciendum, quod paulo ante dictum, renunciationem hypothecæ metu factam non valere, porrigendum etiam ad dolum, vt non valeat quoq;, si dolo mariti circumscripta, siue ad renunciandũ inducta fuerit vxor. Quo tamen casu vxori contra maritum non actio doli propter reuerentiam, sed in factũ temperata dari solet. *arg. l. non debet. ff. de dolo malo. l. 2. C. Rer. amotar. l. 27. si seruus. §. si cum maritus. ad l. Aquil.* Videatur de hac Renunciatione hypothecæ *l. si pignus de his qua in fraud. cred. l. 1. §. & cum. C. de Rei vx. act.* Cuiac. *conf. 18.* de qua & hoc notandum, restituta vxori hypotheca in casu metus, vel doli, restitui quoq; ei actionem hypothecariã, sed vtilem. *§. rursus. de inst. Action. l. si fideiussor de Dolo. l. mora. §. vlt. de vsur.*

De Rebus.

SEquitur Caput de renunciationibus ad res pertinentibus, quod quia latissime patet, in aliquot membra partiemur. Huc enim pertinẽt & bona siue res Ecclesiarũ, Feuda, Emphyteusis, Seruitutes, pignora, aliaq; iura in rem, & deniq; donationes, hereditates, & contractus. Notum est vel ex ipso ordine Instit. *Quib. de acquirend. rer. dominio. à tit. 1. lib. 2. vsq; ad tit. de oblig.* hoc caput esse bimembre, dominium sc. continens & obligationem. Quod igitur attinet ad res ipsas, earumq; dominium & iura, videamus breuiter de singulis. Sunt autem hæ res, vel Ecclesiasticæ, vel ciuiles. Ecclesiasticas voco beneficia, & præbendas, cum quibus coniuncta sunt & ipsa officia Ecclesiastica, vt Episcopatus, aliæq; Prælaturæ &c. De his autem & officiis & beneficiis Ecclesiasticis, siue de eorum renunciatione, est tit. *de renunciat. lib. 1. Decret. tit. 9.* Et de officiis quidem maior erat dubitatio, an renunciari possint, adeo vt de officio, aut dignitate sũmi Pontificis,

ficis, an renunciari, & cedi ea possit, opus fuerit constitutione Cœlestini, qui voluit tandem posse Pontificem abdicare Pontificatu, eiq; renunciare. *c. admonet. d. tit. de renunciat.* Dubitandi de eo potissimum hæc erat ratio, quod renunciatio horum officiorum Ecclesiasticorum non possit fieri, nisi maiori, quem Pontifex nullum habet in rebus Ecclesiasticis. Ita Dd. *ad c. 1. d. tit.* Quod attinet ad alios Episcopos, his non licet abdicare, siue officio suo renunciare, nisi permittente Pontifice, eiq; iusta renunciationis causa prius exposita. Causæ autem aliquot afferuntur, vt crimen homicidij, simonia, vt ætas, & corporis imbecillitas, alięq; nonnullę, de quib. Hostiens. *in summa d. tit. de Renunciat. Cap. cui Renunciatio fieri debeat. in fin. & in ipso c. nisi d. tit.* Vbi sex causæ afferuntur his vulgatis versiculis.

Debilis, ignarus, male conscius, irregularis,
Quem male plebs odit, dans scandula cedere possit.

Eadem ferè & aliorum est ratio officiorum, vt Abbatiæ, Parochiæ. Quod ad ipsa beneficia, & præbendas Ecclesiasticas attinet, cum ea officiis sint coniuncta, atq; , vt vulgo dicitur, propter officium detur beneficium, idem ferè in vtrisq; ius esse videtur, licet minora beneficia facilius renunciari possint, & quidem illi plerumq; à quo sunt profecta. *c. admonet. c. Abbas 18. quæst. 2.* Maiora enim ipsi Pontifici sunt renuncianda, vt latius Hostiens. *tit. de Translat. §. cuius Auctor.* De his beneficiorum Ecclesiasticorum renunciatione prolixe tractat Bertachin. *in Repertorio Basileæ edito pag. 139. & seqq.*

Huc pertinet ius Patronatus Ecclesiastici, de quo non est dubium, quin ei possit renunciari. Nam & hic valet Reg. *suo quemq; iuri renunciare posse. l. si quis in conscribendo de pact.* Nam & donari id alteri potest. *c. ex insinuatione. de iur. Patron. c. vn. eo. tit. in 6.* Nec solum expresse potest Patronus ius suum cedere, sed etiam tacite, vt videre est *c. nobis extr. d. tit.* & plene Pa-

normit.*c.cum accessis de constitut.* Atq; hæc breuiter de Renunciat. ad iura rerum Ecclesiasticarum pertinente.

Nunc de ciuilibus videamus. Inter omnia iura rerum optimum est dominium, cui nō potest nude renunciari, nuda inquam voluntate, aut verbis, sed re id amittitur, hoc est, si Dominus dicat, vel etiam secū in animo cogitet, nolle se amplius esse Dominū, nihilominus manet Dominus. Sed si rem abiiciat, abiectam pro derelicta habeat, amissum est dominium, hoc est, quod re, hoc est, facto, puta abiectione, amitti dominiū diximus, non nudo consensu, voluntate, aut verbis. *l.2.& l.5.§.1.Pro derelicto.* eaque in re, vt supra dictum, possessio differt à dominio, quod possessio nuda voluntate amittatur, dominium non item *l. Dominium.§.different.de acq.possess.* Ratio differentiæ est, quia possessio facti, dominium est iuris, & ciuile quiddam. Quærunt Interpp. an tempore videatur Dominus dominio renunciare, ideóq; de possessione disputant, quam putant decennio amitti. Sed hæc eorum opinio iuri nostro non est consentanea, pertinet autē hæc tractatio ad disputat. de dominio & possessione. Videatur Alex. *consil. 94.lib.1.* Accurs. *ad l.si id quod, & ad l.si de eo.§.si forte.* vbi & Bart. *de acq. possess.* qui putant omnes tempore amitti possessionem, *arg. l.37.furtum.§.fundum de vsur.* Hinc iuri in rem optimo, hoc est dominio, affinia sunt, bonæ fidei possessio, vsusfructus, emphyteusis, & feudum, quæ Barbari vocant vtilia dominia. Nos quasi dominia appellemus, maximè bonæ fidei possessionem, emphyteusin, & feudum. Ex quibus actiones in rem sed vtiles nascuntur. Vt igitur dominio, ita & quasi dominio, nempe bonæ fidei possessioni, & Emphyteusi renunciari potest. Sed vt de dominio iam dictū reipsa & facto, non verò nuda voluntate, & consensu, de bonæ fidei possessione, hoc est, eo iure in rē quod habet bonæ fidei possessor, vt emptor fundi à nō Domino, quem putabat esse Dominum empti, quodque parit possessori, si possessione exciderit,

erit, ad fundum recuperandum, actionem vtilem in rem, uta Publicianam. De eius igitur iuris siue quasi dominij renunciatione, quam solam hic consideramus, loci in iure non cilè reperiuntur, neq; etiam apud Interpp. sed de Emphyteuseos renunciatione, possessioni illi simillimæ prolixè disputat Aurelius Corbuleus *de iure Emphyteut. cap. 8.* Cessio dicitur hæc renunciatio, vt fit in rebus incorporalibus. *§. finitur ist. de Vsufr.* Distinguunt autem Interpp. & Emphyteuseos, t & feudi renunciationem faciunt aliam realem, aliam ersonalem, exemplo pacti, quod in iure ita diuiditur, vt aud sit in rem, aliud in personam conceptum. *l. & heredi 21. de act.* Vt si duo sint fratres, & consortes & communē habeant mphyteusin, siquidem alter simpliciter, & omnino cedat ao iure, eiq; renunciet omnimodo in rem: Si verò fratri tanum, in personā dicetur facta renunciatio, siue psonalis, quas ter species magna est differentia, in effectu, scilicet, quod acta in rē renunciatione ius ipsum vt Emphyteusis ad Dominum redeat, siue adquiratur Domino, facta autē in persoam ius adquiratur cōsorti, eoq; postea extincto redeat non d Dominum, sed ad renunciantem. Ita de feudo distinguiur *sub tit. 49. de eo qui fin. fecit agn. lib. 2. Feud.* Idemq; ius à feuo ad Emphyteusin porrigitur, vt ius simillimum. Tiraquell. *e Retract. §. 34. gl. 1.* Eadem distinctio confirmatur *arg. l. iubemus, C. ad SC. Velleian.* Vbi item renunciatio contemplatione nius facta, porrigitur ad alium. Et ita concludunt omnes feè Interpp. secuti Bart. *ad l. qui Romæ 122. §. qui fratres. quæst. 10. e verb. obligat.* Corbulus *d. loco. num. 8. & num. 11. cum seqq.* Ex uibus & hoc notandum: Quod etiam generalis renunciaio non complectatur ius & causam, de nouo postea superuenientem. *arg. l. Paula §. 1. de legat. 3.* Ibi Accurs. Idemque *ad l. dem in duobus, & ad l. 27. si vnus. §. ante omnia. de pact. c. 1. tit. 49. ib. 2. Feud.* Afflict. *ad d. c. 1.* Nam & qui omni iuri suo renunciat, quod & habet, & habere potest, tantum de præsenti iure intelli-

intelligitur, nõ de eo quod ex noua causa postea superuenit. *arg.c.cum inter. extr. de Renunc.* Prolixe Ripa *ad l.1.num. 26. C.de pact.* Corbulus *d c.8.n.18. & seqq.* Quin etiam si iurato quis renunciet Emphyteusi nihilominus ex iure nouo, & posterius superueniente, ad eam rursus admittetur, quia & iusiurandum non debeat latius porrigi, quam negotium cui est adhibitum, cuius & conditiones sequi solet, *c.quemadmodum.de iureiur.l.vlt.C.de non num pecun.* qua de re idem Bart.plenè ad §. *qui fratres q.6.* Notandum autem iure ciuili, nõ posse Emphyteusin renunciari inuito domino. *l.g. 2. C.de iur. Emphyteut. à contrario sc.sensu l.3. C.de fund.patrim.* Sed moribꝰ contra multis in locis est receptum, vt inuito etiã domino facta Emphyteuseos renunciatio valeat, vt de Gallia testatur Tiraq. *in tr.de Retract. §.34.Gl.1.in princ.* Aliis vero in locis, in quib. ius viget ciuile, Emphyteuseos renunciatio facienda est ipsi Domino & in eius manibus Bald. *ad l.cum vsufructuarius de vsufr.* & plenius Durand.ad Specul. *lib.2.tit.de Locato.§.nunc aliqua.nu.154.* alioquin inutilis est hæc renunciatio, adeo vt ne confirmari quidem postea, vel rata haberi possit, à Domino facta, eo absente. *ar.cap.ratum.de Reg.iur.& c.1.tit.29.lib.2.Feud* Corbul. *d.loco n. 3.& 5.cum seqq.* Putant autem Glossographi, Emphyteuseos renunciationem in rem, licet absente & ignorante domino, factam valere, si Notarius præsens fuerit, & eorum nomine, quorum interest, quiq; ius in Emphyteusi habent, stipulatus à renunciante fuerit. Durand. *d.loco.* Sed hoc dogma iuri non est consentaneum, quo non licet alteri stipulari, ne per Notarium quidem. Qua de re Donell. *ad §.alteri l.38.stipulatio ista. de verb. oblig.* Et hæc de Emphyteusi, cui vt dictum renunciari potest.

Nunc de feudo, de quo est d. Titulus. *49. lib. 2. Feud. & Tit. de Vasall.qui contr. Constit. Lothar.* Ex quibus intelligitur feudo posse renunciare vasallum, etiam inuito Domino. *d. tit qui contr.constit.* Hac igitur in re, vt & in aliis quibusdam, de quib.

quib. Hotoman. *in disput. de feud. c. 18.* differt feudum ab Emphyteusi, Glossa tamen *c. 1. de Capitan. qui curiam.* Distinguit operam, siue seruitium, quod seniori præstat vasallus, vt incerto quidem renunciari possit, certo non possit, quæ illius opinio à plerisque aliis est recepta, etiam à Molynæo *ad consuetud. Parisiens. tit. 1. §. 1. gl 5. num. 3.* Sed nostri Feudistæ, vt Zasius, Baro à Tantenberg, Sonsbekius, Mynsing. *centur. 5. obseruat. 65.* Borchold. *de Feud. c. 8. num. 35. & 85.* sine distinctione renunciationem feudi probant, eoque iure vtimur. Videatur etiam Schrader. *de Feud. par. 7. cap. 2. numero 72.* Guid. Pancirolus *consil. 1. num. 43. cum aliquot seqq. lib. 1.* Obseruandum autem in renunciatione Feudi, vt ea fiat domino, siue seniori, à vasallo, agnatos nullos habente. *§. 1. tit. 9. lib. 2. Feud.* vt & Emphyteusis Domino ab Emphyteuta, *l. 71. si domus. §. vl.* & vsusfructus proprietario, siue Domino, à fructuario, renunciari, siue remitti, accedi potest & debet, *l. 66. si vsusfructus de iure dot.* Nam si extraneo sine consensu senioris cedatur feudum à vasallo, committitur, siue amittitur, vt & Emphyteusis *d. l. 2. C. de iure Emphyteut.* Non tamen, vt Dd. Accursiani putant, vsusfructus: eo enim alij, hoc est, extraneo cesso, nihil agitur. *§. finitur. de vsufr.* Ab eo autem qui agnatos habet vasallo, feudum agnato proximo, aut eius consensu etiam remotiori renunciatur, *d. tit. 9. §. 1. tit. 39. lib. 2. Feud.* Si filios habet, iis feudum cedere debet. *c. 1. de vasall. decrep. lib. 2.* Obseruanda quoque hic est distinctio feudi veteris, & noui, & vetus agnato, nouum seniori sit renunciandum. Sed in liberis ea distinctione non vtimur. Hotoman. *consil. 4.* Quæritur an renunciatio feudi facta seniori à vasallo noceat aut liberis, aut agnatis? Respondeo non nocere, eam tamen seniori prodesse quandiu viuat renunciator, *c. 1. de alienat. Feudi.* Quæritur an qui hereditati paternæ, vel agnaticæ renunciauit, feudo quoque videatur renunciasse? Dicendum non censeri. *§. in generali. Si*

de Feudo controuers. Quæritur an renunciari possit speratum feudum? Dicendum posse. *§. vlt. tit. 29. lib. 2. & tit. 49.* Vt & hereditas delata, & sperata repudiari potest. *leg. 13. de acquir. hered.* Denique feudum potest, vel totum renunciari, vel ex parte, *d. tit. 9. §. 1. lib. 2.* Vocant Feudistæ hanc feudi renunciationem cessionem, Barbari refutationem. De seruitute, vt de pignore, certum est hæc duo iura renunciari posse. De remissione seruitutum prædiorum videatur *l. 20. & 31. de seruitut. vrb. l. 20. & 24. de seruitut. rustic.* Et hæc renunciatio non modo expresse, sed etiam tacite fieri potest. *l. 3. de pact. d. l. 8. Quem. seruit. amit.* Huc posset reuocari renunciatio hypothecæ, quam vxor pro securitate dotis habet in bonis mariti tacitam, sed de eo dictum priori capite. Vtrum alimentis possit renunciari quæritur. Qua de re Vital. *d. tract. cap. An iuri alimentorum possit, &c. fol 613. edit. Venetæ.* Distinguendum inter præterita & futura, vt de illis quemadmodum transigi, ita & renunciari possit. *l. de alimentis. C. de Transact.* futuris autem siquidem ex contractu debitis possit, sin verò ex testamento non possit, ne quidem iureiurando interposito. *l. 8. cum tit. de Transact.* Quia alimenta negare non necare, & proinde hoc iusiurandum vt contra ius naturæ non est obligatorium. rectè Bald. *ad l pactum. C. de collat.* Sed hæc de alimentis disputatio ad ius personarum potius pertinet. Est & hereditas ius rei, & proinde actionem quoque in rem, petitionem sc. hereditatis parit, licet mixta potius dicatur. *l. 7. de hered. petit* Sed de hereditate nos infra, vbi de renunciatione successionis. Videamus igitur hoc loco de donatione, in qua aliquot occurrunt renunciationes.

Et 1. quæritur, an insinuationi donationis possit renunciari, siue legibus insinuationem iubentibus. *leg. 25. donatio. l. 27. lata. l. sancimus 9. & l. 30. & Nouel. 162. C. de donat.* De qua quæ-

quæstione prolixè multi Interpp. disputant, videatur Vitalis *pag. 586.* & Guid. Pap. *decis. 50.* Et plerique Dd. negant his legibus renunciari posse. Quia contra ius publicum pacta non valeant, multoque minus renunciationes. *l. ius publicum. de pact.* Sed omnis difficultas est, an insinuatio renunciationis, quæ vt modo dictum non valet iniurata siue simplex, an saltem iurata valeat? Qua de re in vtramque partem Ioh. Andr. ad Speculat. *lib. 1. de Instrum. edit. §. non verò. in fin.* & Guido. *d. decis.* Et sunt, qui eam quoque negant valere, vt Bald. *ad leg. illud. C. de SS. Eccles.* Castrens. *consil. 91. vers. nec habet obstare. lib. 1.* Argumenta horum quædam affert Vitalis, & Iohan. Andr. Sed ea, vt leuiora, prætermitto. Dicendum igitur, iure quidem ciuili ne iuratam quidem valere. Quia iusiurandum eo iure contra leges interpositum est nullius momenti. *leg. non dubium. in fin. Cod. de legibus*, sed iure Pontificio valere. Quia hoc iuramentum non vergit ad interitum salutis æternæ, & proinde seruandum. *c. cum contingat. extr. de iureiur.* Bart. aliter respondet, adhibita distinct. *ad leg. si quis pro eo. de fideiussor.* hac videlicet, vt legibus quidem ad rem directis licet prohibentibus possit renunciari iurato, ad personam vero directis non possit. Verbi gratia, legibus, quibus prohibetur vxor fideiussorem dotis suæ nomine petere à marito, vel maritus eum dare, non potest inquit Bart. ne iurato quidem renunciari, quia ad personam sunt directæ, ne mulier petat, ne maritus det fideiussorem. Sed lex Iulia de fundo dotali non alienando in rem concepta videtur. Ideoque ei iurato potest renunciari, idemque dicit de insinuatione. Sed hæc Bart. distinctio à plerisque Dd. aliis repudiatur, qui rectius ius Cæsareum distinguunt à Pontificio. Guid. Pap. *decis. 250.* & Vital. *d. loc.* Innumerabiles congerit Tiraq. *ad l. si vnquam. in præfat. n. 159. C. de reuoc. donat.*

Secundo quæritur de reuocatione donationis, quæ solet reuocari, vel rescindi, maximè ob crimen ingrati. *l. vlt. C. de reuoc donat.* an & huic possit renunciari? Est enim controuersa inter Dd. hæc quæstio. Nam hæ renunciationes ad delinquendum fenestram aperire videntur ob crimen ingrati, eaque de re vetus Interpres Cuneus negat illam valere. Sed obtinuit sententia contraria.

Nec obstat argumentum Cunei. Quia crimen ingrati non est delictum ciuile, sed morale, & proinde extra pœnam ciuilem. Est inquit Seneca *lib. 3. de beneficio.* crimen ingrati, quod legibus non punitur, sed tale, vt periurium, & mendacium Deo relinquitur vindicandum. Afferunt Interpp. & aliam reuocandæ donationis causam, videlicet Liberorum, vt ita dicam, superuenientiam, *ex l. si vnquam. Cod. eod.* Nota est enim eorum communis opinio, eademque in foro recepta, donationem inter viuos totam reuocari posse, ob causam liberorum, *dict. leg.* Quam illi ita accipiunt, & quamuis de libertis loquatur, latius interpretantur de omnibus, quæ opinio iam pridem à multis viris doctis, & à nobis iure meritoque est reprehensa, vt supra ostensum, donationem non nisi ex causa ingrati reuocari posse. Præterea donatio facta liberto à patrono aliis duabus de causis rescinditur, videlicet negligentia obsequij, quod libertus debet patronis. *leg. 1. Cod. eod.* & procreatio liberorum, siue ob liberos post donationem in libertum procreatos à Patrono *d. l. 8.* Multa namque Patronis in libertos, quæ non in alios permittuntur. *l. 17. C. de legat. l. 4. C. de admin. Tutor. l. 3. C. si aduers. libert. l. 73. Titio. §. 2. de condit. & demonstr.* Differentiæ ratio inter ingenuum & libertum est perspicua, summum sc. libertatis, quod patronus dedit liberto, beneficium, quæ est res inæstimabilis *l. libertas. de Reg. iur. l. 1. Si à parent. quis manumiss.* Cuiacius tamen ferè vnus ex omnibus recentioribus probat Glossæ opinionem, *lib. obseruat. 20. cap. quinto.*

Et hoc

Et hoc amplius, quod Gl. nunquã voluit, putat non modo eam *l. 8.* quæ est de libertis, sed etiam de obsequiis *l. 1.* generaliter accipiendam, quod mihi valde alienum videtur, cum *in l. 1.* obsequiorum fiat mentio, quæ non debent ingenui, sed liberti tantum, *tit. ff. & C. de obseq. parent. & patro.* Sed omissa hac disputatione de causis reuocandæ donationis, videamus de illa, quæ nostri est instituti, videlicet de renunciatione eius *l. 8.* an possit ei donator renunciare, de qua quæst. Vitalis *pag. 610* & prolixe Tiraq. *d. præfat. n. 87. vsq. ad n. 175.* qui & alios acre disputantes innumerabiles profert. Sunt autem Interpretum dissentientes sententiæ. Alii enim negant posse donatorem huic legi renunciare, alii aiunt. Negantium autem argumenta duo fere sunt, 1. quod in hac lege versetur commodum, & fauor liberorum, alterius autem commodo & fauori nemo renunciare potest. *l. si Iudex, de Minor. etiam supra explicat.* Id enim adeo verum est, vt non possit quis illius, qui ab ipso causam habeat, iuri & commodo renuntiare. *l. quod de bonis. §. vlt. ad l. Falcid. l. 2. & l. pen. C. vt in poss. legat.* atque adeo iuris alieni renunciatio ne iurata quidem valet, & recte Panor. *ad c. si diligenti. de foro comput.* Sed huic argumento ita satis facit Tiraquall. quod ratio, & causa huius *l. si vnquam. 8.* non tam sit fauor liberorum, quam voluntas veri similis & præsumpta donatoris ipsius, quem præsumimus non donaturum fuisse, si de liberis cogitasset, quæ causa huius legis ab omnibus fere Interpp. prædicatur. Nos veram huius leg. causam diximus esse, ius patroni in libertum, coniunctum cum donatoris præsumpta voluntate. Non debet autem liberorum fauor hac in leg. considerari, idq; ex eo intelligi potest, quod pater potest bona sua donare alii, liberis etiam in uitis, & iam natis. Quibus tamen datum est remedium simile querelæ, qua rescinduntur inofficiosa testamenta, vt & inofficiosæ donationes, sed ex parte tantum. *tot. tit. C. de Inoffic. donat.* Quare si iam natis, multo

magis nondum natis præiudicare donando poteſt. Alterum argumentum eſt à remedio illo reuocandæ donationis inofficioſæ, cui pater donator renunciare non poteſt, ne iurato quidē: ergo nec huic legi poterit. Illud n. beneficiũ liberorum cauſa eſt inductum. Bart. *in l. Titia. §. Imperator. de legat. 2.* Nam notum eſt, iusiurandum vnius non poſſe nocere alteri, ne patris quidem liberis ſuis. *l. ſed etſi. §. fin. de iureiur.* Sed huic quoq; argumēto facile ſatisfieri poteſt, hac ſc. ratione. Quia alia eſt ratio, & cauſa illius, quam huius beneficii: cauſa enim huius ipſa probabilis voluntas, & mens teſtatoris, ſiue vt dictum ius Patroni hac voluntate coniunctum. Illius cauſa eſt merus liberorum fauor, ne illi ob inofficioſas parentum donationes egeant, eſtque illud non ex voluntate, ſed potius contra voluntatem Imperatoris, vtpote quæ reſcindatur ſaltem ex parte. Quæ differentia vtriusq; beneficii ſic quoq; confirmari poteſt, quod illi non niſi poſt mortem donatoris, huic ſtatim natis iam liberis, viuoque adhuc donatore, ſit locus, ex hoc inquam intelligitur illud niti fauore liberorum. Cui & hoc accedit quod etiamſi liberi poſt donationem nati eam ipſi velint approbare, poſſe eam nihilominus pater beneficio huius legis reuocare, plane ſi pater eam viuus non reuocet, liberi eo mortuo, qui ante eam approbarunt, non videntur amplius improbare, & reuocare poſſe, licet viuo patre nihil tam iuris in eius rebus habuerint, *ar. l. rem alienam. de pignor. & l. qui balneum. §. Titia. Qui pot. in pign. l. ſi quis. de Action. in rem. l. pen. de fund. dotal.* Aientium autem argumenta ſunt hæc 1. Commune & generale poſſe quem ſuo iuri licite renunciare. Alterum eſt quia tacite poſſit huic legi renunciari. Nam inter omnes conſtat, huic reuocationi donationis ex beneficio huius l. non eſſe locum, ſi donator vel tacite cogitarit de liberis, & de iis cogitans nihilominus donauerit. Rationem autem huius rei, cur ob hanc cogitationem, vel tacitam non ſit locus huic legi,

afferunt

afferunt iſtam, quia à contrario, cur huic legi ſit locus, hæc ſit ratio, quia non cogitarit de liberis, quos ſi cogitaſſet ſe habiturum, non donaſſet. Hanc rationem afferunt, quæ tamen non eſt ſola, aut ſolida ſed adiungendum eſt ius patroni in libertum. Sed ex illorum opinione & hypotheſi iam diſputamus, poſito ſc. hanc legem ſiue eius ſententiam etiam extra libertos eſſe veram, puta vt ob liberos donatio ſemel perfecta reuocari poſſit. Huius igitur illorum communis opinionis ratio cum ſit iſta, quia donator non cogitarit de liberis: Ex contrario igitur, ſi cogitarit, ceſſabit beneficium. Qua de re late Tiraq. *d. loc. n. 63. cum mult. ſeqq.* Nunc ad alterum eorum, qui aiunt, huic legi poſſe renunciari. Si tacite inquiunt poteſt. Ergo & expreſſe. Quia plerunque maior vis eſt expreſſi, quam taciti. *l. expreſſa. de Reg. iur.* Adhæc ſi pater non poſſet renunciare huic legi, hoc eſt reuocationi, ob liberos, ſequeretur, quod pater ſua bona non poſſet, licet ſine dolo, omnia alienare, eo caſu quo filius alienationem à patre bona fide factā poſtea natus reuocare vellet. Argumento *l. non vſq. adeo. ſi quis à par. manu. l. ſi quis totas, C. de in off. donat.* Socin. *lib. 2. conſil. 263.* Videatur Mozzius *de contract. tit. de donat. ſub Rubr. Quomodo annulletur donat. num. 75.* Fachin. *Controu. lib. 3. cap. 84.* fallit tamen ſi renunciatio ſit dolo facta, hoc eſt ſi ad eam dolo inductus ſit pater. Dolus enim facit, vt non adſit conſenſus verus. *l. eleganter. in princ. de Dolo malo.* Tiraq. *d. loc. n. 97.* Secunda exceptio eſt in renunciatione facta à muliere, eo tamen caſu, quo certiorata non fuerit de beneficio huius leg. Tiraq. *ad num. 98. vſq. ad num. 103.* Tertia exceptio eſt in liberis ex alia, hoc eſt poſt donationē & renunciationem factam ducta, poſtea natis. Videtur enim donator de præſenti tantum vxore, & non de altera poſt præſentis mortem ducenda, liberiſq; ex ea procreandis cogitare. Tiraq; *num. 103.* Quid autem ſi nullam tum vxorem habeat donator? Eo certe caſu dubitari vix poteſt, quin

de

de omnibus liberis renunciatio sit accipienda, siue ex prima, siue ex secunda vxore nascituris, Tiraq. *n. 109.* Iason prolixe *lib. 1. consil. 115. lib. 2. & consil. 230. consil. 171. lib. 4.* Quibus in locis hanc except. reprehendit, hac igitur exceptione circũscripta, vt falsa, eius in locum sit hæc Tertia, quæ est vulgo quarta, si donator fuerit senior, eiusq; vxor, si vterque coniux diu in matrimonio sine liberis permanserint, aut etiam susceptí iam pridem sint mortui. Hoc enim casu, quia nulla amplius cogitatio iusta liberorum esse potest, nec renunciatio eo casu locum habere debet, ad exemplum Transactionis ad non cogitata. Tiraq. *n. 111. & n. 112.* Quæritur autem, cum omnis Renunciatio vel sit generalis, vel specialis, vtra hic sit necessaria? de qua pleniss. Tiraq. *n. 115. & seqq.* Mihi videt̃ sufficere generalis, quamuis vulgo contrariũ vsu sit receptum, sed iuri, vt & illi qui specialẽ requirunt nonnulli fatentur, minus consentaneum. Et qui generalem negant sufficere his fere vtuntur argumentis. *1.* Quia vt Transact. non porrigitur ad non cogitata *l. cum Aquilian. de Transact. l. vlt. §. idem quæsiit. de condict. indeb.* Ita & de renunciatione dicendum videtur, eam non pertinere ad non cogitata. *c. cum inter. extra de Renun.* Omnis enim renunciatio voluntatem requirit, quæ esse nõ potest de rebus, quas ignoramus quasq; nõ cogitamus *ar. l. qui Roma. §. vlt. ibid.* Bart. aliiq; *de V. O.* & hac de re renũciationem non complecti. Qui autem renunciat generaliter omni sc. Iuris auxilio, non videtur de liberis cogitasse. Et quãuis ambigant Interpp. an qui donat omnia bona, censetur in dubio etiam de liberis cogitasse: Pleriq; tamen Bartol. suum *ad l. Titia. §. Imp. ver. quid si in dubio de legat. 2.* secuti, existimant in dubio donatorem non videri cogitasse de liberis, alioquin enim vix vnquam esset locus beneficio legis, si semper in dubio de liberis videretur cogitasse. Ob hanc enim vel tacitam cogitationem aiunt illi cessare beneficium huius legis, Tiraq. *in præfat. n. 76. & seqq.* Sed huic argumento

quoq;

quoq; satisfieri potest hac ratione, quod oratione illa generali, de omni iuris auxilio, huius quoq; leg. beneficium contineatur. Nulla est enim ratio exceptionis, cur cũ alia his verbis generalibus beneficia continentur, istud vnum huius legis excipiatur, & sibi imputet donator, qui tam generalibus vsus sit verbis. Quæ generaliter prolata, generaliter sunt accipienda, ne sint illusoria *l. regula. §. vlt. de iur. & fact. ignor.* Quantũ enim Oratio definita, seu specialis valet in sua causa & specie, tantum valet infinita, & generalissima in genere, siue in omni causa & casu. *l. Gallus. §. instituens. de liber. & posthum. l. si chorus. de legat. 3.* adeo vt in rebus odiosis (quarum in numero renunciationes habentur) id, quod modo dictum de orat. generali, locum habeat *l. cũ lege. de his qui Testam. facere. l. filium habeo. ad S C. Maced.* Quare Bald. *consil. 156. lib. 4. & ad l. pactum. quæst. 17. C. de donat.* monet eos, qui suo iuri renunciare velint, ne verbis vtantur generalibus, alioquin eos sibi imputare debere. Idemq; repetit ad *l. tres fratres. de pact.* Nec ad rem facit quod dictum, renunciationem ad non cogitata non esse producendam. Nam qui generali vtitur oratione, saltem in genere de omnibus beneficiis cogitasse censeri debet. *ar. l. qui iure. de Testam. milit.* Nec quod dictum, in dubio non videri donatorem cogitasse de liberis, id enim, vt concedatur tacite, recipi tamen non potest in expressa oratione, eaq; generali & infinita. Afferunt vlterius, ꝙ beneficiũ, ex quadã cõmiseratione & benignitate concessum, nõ possit ei adimi, ne seipse quidem eo priuare, nisi verbis plane specialibus, ipsumq id beneficium exprimentibus. *l. 1. in fin. & Auth. Qua in prouincia. C. vbi de criminib. agi.* Huius autem legis beneficium, ex quadam benignit. te & commiseratione contra ius strictum, donatori, ne liberi eius egeant, est cõcessum. Resp. sed & prius negandum, iuris auxilia omnia ex benignitate quadam requirere specialem renunciationem, & posterius nempe in hoc beneficio esse quid singulare, cum

nitetur potissimũ donatoris voluntate tacita, qui nõ donasset, si de liberis cogitasset, cum omnia beneficia ex quadam benignitate, nõ ex stricto iure emanare soleant. Et hac ratione satisfieri quoq; poterit eorum argumento, de singulari fauore siue de beneficio, ob singularẽ fauorẽ concesso, cui non nisi specialiter possit renunciari Bald. *l. 1. si quis in ius vocat*. Nã id Baldo temere concedendũ nõ est, & aliis quoq; in beneficiis est fauor, & imputet sibi, vt ante diximus, qui tã generaliter locutus sit. Ex his illorũ argumentis, q̃d contra sit statuẽdũ, facile intelligitur. Adiiciunt hoc: quia hæ renũciationes leuiter plerunq; à Notariis fieri solent, ideoq; parui põderis habeant, qua de re copiose Tiraq. *d. præfat. n. 126. vsq; ad n. 132.* Idẽq; & alii Interpp. sępe inculcãt. Gail. *lib. 2. obs. 77. n. 5.* & verũ est. Sed hæc Notariorũ facilitas, & cõsuetudo facit quidẽ, vt in has renunciationes sit inquirendũ, non vero, vt sint nullæ aut nõ valeant, eas valere tamẽ perspicuũ est *ex l. pen. C. simul. Tutel.* Verũ hæc sentẽtia, qua dictũ sufficere generalẽ Renũciationẽ reuocãdę donationis ob liberos ex hac l. etsi iuri videt cõsẽtanea, ex iis q̃ adhuc sũt explicata, eadẽq; & Interpp. qbusdã pbatur, vt vidẹre ẽ apud Tiraq. *n. 116. & seqq.* Aliorũ tamẽ opinio specialẽ renũciationẽ hoc casu reqrentiũ, vsu ẽ recepta, qui tamẽ vno casu dubitãt, an sc. generalis saltẽ iurata sufficiat, q̃ nõnulli affirmant, quia generalis si ẽ iurata, vim habeat specialis iniuratę, tũ q̃a generalis renũciatio sed iurata plerumq; sufficiat, vt in renunciatione hereditatis, q̃ non valet iniurata, sed iurata, licet generalis, *l. pen. & ibi Dd. C. de pact. c. quãuis de pact. in 6.* Tiraq. prolixe *d. præfat. nu. 142. & seqq.* Pleriq; tamẽ in hoc nostro casu de renũciat. reuocandę donationis ob liberos ne iuratã quidẽ sufficere volũt, tũ quia iusiurandũ nõ augeat obligationẽ, sed sequat potius actũ, vbi adhibetur *ar. l. Titius in fin. ad SC. Tertull. & l. vlt.* vbi Pet. Bald. & Castr. *C. de nõ nu. pec.* tũ quia iusiurãdũ nõ suppleat consensum cõtrahenţiũ *d. l. vn.* Videret aũt supplere, si ob iusiurandũ donator cẽseretur cõsensisse plane in renũciationẽ etiã superuenientibus liberis, q̃ tamẽ casum liberorũ donator alioquin

nõ cogitarit. Et hæc de renunciatione *d. l. si vnquã.* sufficiãt. Sequitur nunc Renũciatio successionis, de qua ꝓlixe admodũ Geor. Natta, & nouissime Ioh. Dauth *in repert. super c. quãuis. de pact. in 6.* Huius Renunciationis vsus, quia quotidianus, & frequẽtissimus, maxime in pactis dotalibus, plenius ea erit explicanda. Extant de ea innumerabilia nterpretũ Respõsa, disputationes, & decisiones, & nuper editus libellus Henri. Breulæi. In iure nostro fit mentio hui⁹ renũciat. *l. vlt. de suis & legit. l. 3. C. de collat. l. 35. si quãdo. §. illud. C. de inoff. testam.* Bald. *d. c. quãuis & in l. 1. & l. 16. C. de pact. l. 11. de Fideicõmisso. C. de transact.* Nos in tãta & quæstionũ, & opinionũ varietate, si nihil aliud saltem adhibebimus ordinem aliquem. Et principio hæc sit Reg. Renunciationem hereditatis, siue successionis nõ valere. *d. l. vlt. de suis & legit. d. l. 3. C. de collat.* ne quidem in pactis dotalib⁹, quorũ alioqn magnus est fauor, magna firmitas & effectus *dictis legib.* & omnes Interpp. *ad l. vlt. de pact. & ad l. stipulatio isto modo. de verb. oblig.* Ratio hui⁹ Regulæ est *in d. l. vlt.* Quia ius publicum, vt est hereditas. *l. 3. Qui testam. facere,* priuatorum cõuentionibus, siue renunciationib⁹ tolli nõ potest. *l. ius publicũ. de pact.* tum quia id ꝙ nõ est renunciari nõ possit, qua de re supra plenius. Nõ est autem viuentis hereditas *l. 94. qui superstitis. de acquir. hered. l. 1. de hered. vel act. vẽd.* Exceptiones hui⁹ Regulæ tradunt Dd. *in c. quãuis,* nempe si Renunciatio sit iurata. Quia iurisiurãdi ex iure Põtificio vis & potestas hæc est, vt ea cõfirmentur etiã alioquin infirma, & nulla. *c. cũ contingat de iureiur.* licet iure ciuili ei⁹ nõ hęc sit potestas, imo iusiurãdũ contra ll. & actui legib. inutili adiectum ipsum quoq; est inutile, ac nullius momenti. *l. nõ dubiũ. C. de legibus. & l. huiusmodi. de legat. 1.* Sed moribus dictum capitulum quãuis est receptũ; intelligẽdum autẽ iusiurandum, recte & rite interpositum, nõ dolo, nõ metu. Quin etiã alias exceptiones ad d. c. afferũt, vt si enormissima sit læsio vel damnum. Nã hoc casu putant, nõ obstante iureiurãdo, renunciationẽ rescindi posse, ob ętatẽ, & ignorantiã, de quib⁹ omnib. infra.

Altera exceptio est à moribus, quibus renunciatio hereditatis est probata, & recepta. Quibus tantũ tribuunt Glossographi, vt ipsi quoq; iuri eos præferant, & ius putent cõsuetudine abrogari posse, contra *l. 2. C. quæ sit longa consuetudo.* Iason & alii *in l. pactũ. C. de collat.* Moribus aũt hæ renũciationes, maxime à fœminis factæ in pactis dotalibus, inter familias Principũ, Comitũ, & hodie etiã fere Nobiliũ in Germania, teste Ioh. Fichard *conj. 52. lib. 1.* & in Italia Marant. *quæst. 10.* & in Gallia Papone *lib. 16. Arrestor. tit. 4.*

Tertia exceptio affertur, si ea quæ renunciauit in locũ successionis acceperit dotẽ iustam, siue congruam. Iustã aũt vocant quæ æquat portionẽ legitimã, & de hac except. Bart. & alii *l. vlt. C. de pact.* Couar. aliiq; *d. c. quãuis.* Maranta. *d. quæst. 10. n. 21. & seq.* Qui tamẽ & distinguit inter dotẽ à patre, & dotem ab extraneo datã renuncianti fœminæ, videlicet, vt data à patre semper ac in dubio censeatur iusta propter amorẽ patris erga liberos, quẽ nõ est verisimile filiã fraudare voluisse. Sed in extraneo qa amor ille cessat omnino requiritur, vt cõstet dotẽ esse tantã, quanta est legitima. Quęritur aũt hoc loco; Quia bona patris post dotẽ constitutã possunt augeri & minui, sitne tẽpus dotis & renũciationis, an tẽpus mortis paternæ spectãdũ? Nã videt tẽmpus mortis. Quia dos à Dd. cedat in locũ legitimę, in qua huius quantitas spectat tempore mortis, eo q legitima est portio hereditatis, q̃ nulla ẽ viuentis, & pinde multi putant, posse filiã accepta licet dote iusta, tempore renunciationis, nihilominus ob aucta bona paterna petere supplementum. Sed aliorum opinio obtinuit, vt spectetur non mortis, sed dotis tempus. Quorum hoc est argumẽtũ. Quia de bonis postea deminutis dos antea filię data non potest diminui. E. nõ augebit. *ar. l. hac ratione.* vbi Castr. *C. ad l. Falcid. & l. de fideicõmisso. C. de transact.* Et in hanc sententiam scribit Boer. *decis. 603.* & Papo. *d. lib. 16.* Sed hæc si ad normã iuris exigantur, aliud esset respõdendũ. Nã in iure hæc exceptio

ceptio de dote ē ignota. Deinde nō est cōcedendū vt Glossę iactant, dotem succedere in locum legitimæ. Tertio illa Marantæ distinct. inter dotem à patre, & dotem ab extraneo datam est illa quidem probabilis, si vera essent duo priora, prout latius explicauimus in Tractatu nosto de iure dotiū. Quæritur vlterius, an si filia quæ iurato renunciet hereditati paternæ, si nullam à patre dotem acceperit, an nihilominus ob iusiurandum ea renunciatio sustineatur? Videtur non sustineri, nisi dote accepta. *d.c. quamuis. & d.l.3. pactum.* In vtraq; autem lege, & Cæsaris & Pontificis, fit mentio dotis. Et sane probabilis hæc videtur opinio, eo quod iura noua & veterib. contraria strictè sint interpretanda. Accedit, quod alioquin, si neq; dotem neq; hereditatem haberet filia, videatur ea renunciatio periniqua, vt qua ab omnib. bonis patriis filia excludatur. Et hęc opin. est multorum Interpp. qui negant hoc casu valere renunciationem, licet iuratam. Anchor. Salycet. & Dec. Sed aliorum opinio obtinuit, valere sc. renunciationem, etiam nulla dote recepta. Quia ratio *d. c.* est, quod seruandum sit omne iuramentum, quod sine periculo salutis æternæ seruari potest, rectè tamen & benignè Couar. *d.c.p.3. §. 2.n.6. in fin.* putat, posse absolutionem ab hoc iureiurando peti, nisi filia ex bonis maternis sit prædiues, eo namque casu ne absolutio quidem erit concedenda. Quæritur quoque, an hæc renunciatio filiæ valeat, non modo nubentis, sed etiam monasterium ingredientis, de qua quæst. cum alij tum prolixè Couar. *d. loc. §. 2.* & breuiter Andr. Fachin. Collega noster clariss. affert argumenta in vtramq; partem. *lib. 5. Controu. iur. cap. 22.* Præcipuum est fauor religionis. Sed eo non obstante rectè illi, quæ & vulgaris Interpp. est opinio, decidunt hoc quoq; casu valere renunciationem, eo quod ratio *d. c.* tam in monasterium ingrediente, quam in nubente filia locum habeat. Quarta exceptio ob consensum patris constituitur ab Interpp. *ex l. vlt. in fin. C. de pact.* Eius leg. argumento plerique

Interpp. putant filiam rectè bonis patriis licet superstitis renunciare, sed præsentis, & consentientis. Quę tamen vulgaris Interpp. opinio reprehenditur ab Iasone. *d. l. vlt. n. 13.* confirmat autē ab Roderico Zoaresio. *ad l. quoniā in priorib. limit. 5. C. de inoff. test.* & à Couar. *d. c. p. 3. n. 7.* Mihi autē Iasonis sentētia firmissima videt. *l. vlt. de suis & legit. d. l. 3. C. de col.* In quib. legib. perspicue filię renunciatio bonorū patris, licet præsentis & consentientis, & filiā dotantis negatur valere. Consensus igitur patris renunciationē filię non confirmat. *d. l. vlt. C. de pact.* longè alia est species. Agitur namq; in ea nō de renunciat. (q̄ p est odiosa, ꝑpterea q, liberos hereditate parentū illis à natura debita priuat,) sed de diuisione hereditatis speratę à paciscentibus. Nec quicq̄ afferunt, qui Iasonē reprehendunt, præsertim ad id q, nos attulimus *ex a. l. vl. & d. l. 3.* Hoc igitur constituto, consensum patris nō valere ad renunciationem hanc cōfirmandam, facile est respondere ad quæstiones aliquot Interpp. vt an renunciatio patre absente valeat, puta facta fratri? Nā si consensus parentis, q est, vt vulgo putant, necessarius, & ꝑpter illū valet renunciatio, perspicuum est, hoc casu eā non valere, si verò consensus renunciationē non confirmat, vt modo demōstratū est, sequitur eā multo minus valere, iure inq̄ ciuili, vt an si pater cōsensit semel renuncianti, possit eū consensum postea reuocare, eoq; reuocato filia patri nō obstante sua renunciatione succedere nihilominus? Et certū est posse. *d. l. vlt.* ita Bald. *ad c. ad nostrā. de iureiur.* Alios cōmemorat Couar. *d. loc.* Sunt tamen q putant, nō posse patrem hunc consensum renunciationi semel datū postea reuocare, eo q, hęc reuocatio noceat aliis, vt fratrib. filię renunciantis, quib. hęc renunciatio ꝑfutura esset, consensu non reuocato. Non potest autē ius vel vtilitas alteri quęsita per alterum minui vel adimi. Sed facilè respondetur, nihil tunc q̄situm, sed spem tantum fratrib. factam, nec potest pater suo consensu sibi adimere, vel pręcidere libertatem testandi. Est enim eius

volun-

voluntas ambulatoria vſq; ad mortẽ. vnde proponitur, ſi diuiſerint fratres hereditat. paternam, interpoſito iureiurando, eamq; diuiſionẽ pater approbauerit, an poſſit pater conſenſum ſuũ reuocando hanc diuiſionem reſcindere? Hęſitat Couar. *d.loc.n.8.* ſed eo labitur vt putet nõ poſſe, eamq; diuiſionẽ valere. Sed mirũ eſt eũ hic hęſitare, cu iuriſiurandi q̃ ſit poteſtas nõ ignoret, nec debeat pater ſua inconſtantia liberos in periuriũ inducere. Cęteroquin ſine iureiurando certũ eſt *ex d.l.vlt.* poſſe patrẽ cõſenſum ſuũ tã in diuiſione, de qua *d.l.* q̃ in renunciatione reuocare. Atq; hæc de quarta except. Interpp. ob conſenſum, ad quẽ pertinet illa quæſtio; An ſi ſoror in gratiã fratrum renunciet patre conſentiente, poſſit eo caſu, etiã cum incõmodo fratrum, conſenſum ſuũ reuocare? Sed iã ex priorib. intelligitur poſſe, licet dubitet Couar. neq; intereſt reuocatio ſit facta tacite an expreſſe in gratiam fratrum. Nã & alię conuentiones ſimiles reuocari poſſunt. Qua de re Couar. *lib.1.Reſol.cap.14.* Bart. *l.qui Romæ.* §. *Flauius.de verb. oblig.* Hoc igitur primum ſit membrum de renunciat. ſucceſſionis, vtrum ſc. valeat nec ne. Alterum membr. eſt de modo, ſeu forma huius renunciationis. Nam fit vel ſimpliciter, vel fit in ſpeciem pacti, vel deniq; fit iurato. Sed hæc diſtinct. eſt, non ſucceſſionis propria, ſed communis aliarum quoque renunciationum, vt & illa in ſpecialem, & generalem, cuius & hic eſt vſus maxime propter portionem legitimam, de qua mox. Sed propriæ huius hereditariæ renunciationis ſunt quædam formulæ. Nam interdum filia renunciat tantum bonis paternis, aut maternis, interdum fraternis, interdum omni commodo, & lucro à patre. Quę formulę propter effectum iuris diligenter ſunt conſiderandæ. Tertium huius renunciat. hereditariæ membrum eſt de iure, effectu & interpretat. De quo iure & effectu licet infra certum erit caput, idque commune, proprie tamen hic quædam de iſta renunciat. breuiter exponere, non erit alienum. Et primo hæc renun-

renunciat. Si est de hereditate viuentis, plane est odiosa, vt iure prohibita *d.l.vlt.de suis & legit.* Ea autem, quę sunt odiosa, interpretando non sunt amplianda, sed coangustanda. *l.19. cum quidam.de liber.& posth.* & proinde facta hæc renunciatio vni personæ, vel de vna re produci non debet ad aliam. Verbi gratia, Renunciatio facta paternæ hereditati, vni fratri, à sorore, non prodest aliis fratribus. Aliud esset, si omnino siue omnibus facta esset renunciatio. Huius rei exempl. extat *lib. 2.feud.tit.49.cap.1.* Et si renunciatio sit facta in genere familiæ, vt plerumq; fit, cum filia renunciat hereditati paternæ, fratribus superstitibus. Hæc enim renunciatio fratribus his, viuo patre, & sorore, quæ renunciauerat, superstite, præmortuis, non prodest renunciantis sororibus, sed ipsa cum illis in patris postea mortui hereditate succedit, non obstante prius facta in gratiam fratrum & familiæ renunciatione, licet iurata. Quia & pactum, & iusiurandum effectum suum consequuntur, si res in eodem statu manserit, & vt vulgo loquuntur, rebus sic stantibus, de qua clausula prolixe Tiraq *d.l* Marant. *ib. nu.15.* qui & alios adducit, vt si mater in pactis dotalibus, vt fit, renunciarit hereditati paternæ in gratiam fratrum, omnibus his mortuis, ab vltimi fratris hereditate non excluditur, & si qua renunciarit bonis paternis, maternis, fratrum, & sororum, eademq; moriatur ante fratrem relicta filia, si postea frater moriatur relictis fratribus aliis, sed nullis liberis, eius fratris mortui hereditas videtur pertinere non modo ad fratres superstites, sed etiam sororis renunciantis relictam filiam, vt sc. ea cum suis auunculis concurrat in hereditate fratris mortui, qui est casus insignis apud Marant. *d. disput.10.* Nec obstat, quod hæc filia sororis sit heres suæ matris, & proinde factum defunctæ matris, hoc est, renunciationem eius præstare debere, neque contra eam venire debeat, *l. ex qua persona. de R I.l.cum à matre.C.de Rei vi. dic.* Nam hæc filia sororis ad hereditatē auunculi iure suo & proprio,

non verò matris venire videtur, non vt heres matris, sed vt filia sororis, præsertim cum ea fraterna hereditas sorori nunquam fuerit delata, vtputa mortuę ante hunc fratrem, cuius de hereditate agitur. Est tamen controuersus hic casus, vt videre est *d. disp. in princ.* Et apud Vital. Tract. *de claus ul. cap 1. de claus ul. renunciat. success. futuræ. nu. 10.* Sed hic grauis est quæstio, An renunciatio à filia, siue sorore facta, in gratiam fratrum, & familiæ conseruandæ, si fratres relinquant liberos masculos, & hi rursus alios: qui tandem omnes sine stirpe mascula deficiant, an inquam hoc casu ex sorore ea q̄ renunciauerit procreati nepotes, aut neptes, ad successionē nepotum sine masculis mortuarum, nō obstante illa renunciatione, peruenire possint? Sed hæc infra vbi de effectu. Restat illa quæstio, An possit renunciari hereditati ex testamento? Respondemus posse, sed Bald. negat ne iuratam quidem valere. *ad l. vlt. C. de pact.* Quia inquit hęc renunciatio auferet liberam testamenti factionem. Quod est cōtra bonos mores. *l. stipulatio. de V. O.* contra quos iusiurandum non est obligatorium. *c. non est obligatorium, de R. I. in 6.* Sed hæc Baldi opinio recte repudiatur ab aliis. Potest enim alios heredes pater instituere, licet vnam filiam ob renunciationem non possit.

Quod diximus renunciatione hereditatis non contineri Testamentariam, explicatur à Dd. *l. stipulatio. de V. O.* Marant *d. disp. n. 39.* Couar. *d. lo. p. 3. n. 8.* & Vital. *d. loc.* Sic renunciatio paternæ hereditatis non continet auitam, adeo vt, si filia renunciarit hereditati paternæ, ipsaq; etiam patre superstite moriatur relictis liberis, hi liberi ad hereditatē auitā videantur admittendi, non obstante materna renunciatione, tum quia, vt dictum, renunciationes vt odiosæ nō sunt extendendæ & adiuuandæ. *d. l. 19. cum quidam. de iniust. rup.* Tum quia hi liberi auo succedunt iure proprio; hoc est, vt eius nepotes & proximè ab intestato heredes, nō verò vt heredes matris, cui hereditas ista nunq̄ fuerat delata, vtpote ante patrē mortuę.

H *l. qui*

l. qui superstitis. de acq. hered. Quomodo & IC. distinguit *in l. 6. si quis filio. §. planè. de iniust. rupt.* Alioquin si iure materno liberi auitam hereditatem peterent, excluderent, ob eā renunciat. *l. cum à matre 14. C. de Rei Vend.* & hęc plerisq; Interpp. probantur, teste Couar. *d. §. 2. n. 4.* Grauet. *cons. 703. lib. 4.* Quamuis & in alia multi sint sententia, vt videre est apud Benedict. *c. Raynutius. vers. habens filias. n. 121. extr. de test.* Qui putant nō improbabiliter, dote accepta, vt plerumq; fit, patriis bonis renunciantem dotem, eam capere, veluti partem, seu locum partis hereditarię. Quod etsi planè negari nō potest, dotē filię dari à patre, eamq; sæpè magnam, vt ea dote ipsa cōtenta renunciet hereditati patrię, negandū tamen ipsius hereditatis partem, siue ꝑ parte habendā esse hanc dotem. Dos enim à bonis patris separatur statim etiam non viuentis, & transit ad filiam, eiusq; fit patrimonium, quæ & causa est, cur olim dos non imputaretur in legitimam. *l. pater filium. ad l. Falcid. l. filium de collat. bon. l. quoniam. C. de inoff. test.* Sed quod modo dictum renunciatione hereditatis paternæ non contineri auitam, potest ad prius quoq; membrum reuocari de personis, an renuntiatio matris noceat liberis.

Tertio renunciatione hereditatis non continentur lucra nuptialia liberis ob secundas parentum nuptias competentia. *ex l. hac edictali. C. de secund. nup. ar. l. qui cum tutorib. de administr. Tutor.* Ratio est. Quia hæc commoda, siue lucra, non hereditario iure, sed ex speciali lege competunt, & debentur, eoq; nomine actione personali, nempe condict. ex l. liberi ea petere possunt, cuius iuris est & quarta Pij arrogato debita, non vt hereditatis pars, sed vt beneficium legis, hoc est, Imp. Pij, eaq; re & ipsa personali act. petitur nō reali, puta petitione hereditatis *l. 16. quod si. §. idem scribit. de petit. hered. l. 6. de bonor. possess. l. 1. §. hac actio. 16. Si quid in fraud. Patron.* Est autē hic non omittendum de Renunciationibus liberorū, quæ sæpè Parentibus ad secunda vota conuolantibus fieri solent. Boër.

decis.

decis.185. n.23.&seq. scribit, posse quidē filiam in his quoq; lucris renunciare. Nam suum quisq; ius remittere potest. *l.pen. C.de pact.* Sed vt modo dictū hereditatis renunciatione illa lucra nō continētur, quęritur an saltē generali renunciatione contineantur? Verbi gratia, si renunciet omne ius sibi cōpetens, filia) & dicendū contineri. Qua de re supra plenius. Vbi de generali renunciatione dictū, eaq; de re nō male Interp. monent, ne qs generaliter, & effuso sermone temere renunciet iuri suo, vel liberet debitorē, aut tutorē suū. Quod dictū de cōmodis nuptialibus, idē de feudalib. bonis dici potest, ea quoq; hereditatis renunciatione nō cōtineri. Quia & feuda nō tā iure hereditario, q̄ iure agnatico & familiæ ad nos pertineāt, siue deuoluantur. Et pinde nec in hereditatis petitionē venire dicuntur. *arg.c.1. tit.de success.feud.lib.2.* Recte tamen distinguit, posse feuda, quorū alia iure familiæ, alia iure sanguinis, q̄ vix distinguas ab allodialib. vt hæc & renunciatione, & petitione hereditatis quoq; cōtineantur: illa non item.

De legitima grauior est disputatio, an & ea hereditatis renunciatione cōtineatur, quemadmodum ei possit renunciari, de qua vnus affertur locus *l.5. si generali. er. C. de inoff. test.* Cuius hæc est sententia, donationem inter viuos quidē filio factam, vel etiam mortis causa à patre, imputari filio in legitimā. Sed si ea donatio non expleat legitimā, posse filium q. deest, hoc est supplementum petere, etiamsi donatum illud, vel legatū à patre, simpliciter acceperit: nō posse autē si specialiter professus fuerit, eo se legato vel donato cōtentum fore, nec vllum amplius supplemētum petiturum. Hæc est eius §. perspicua sententia, nempe supplementum legitimæ non posse peti, si ei specialiter fuerit renunciatum, alioquin posse. Ant.Gab.Rom. *communiū concl.lib.6. tit.de leg. concl.8.n.1.* Michaël Grassus *commun.opin.§.legitima. q.3.n.9.cū duob.seq.* Mynſ. *cent.1.obs.36.* Nunc videndum, an q ex eo §. amplius colligunt Dd. sit verum, nempe ipsi legitimæ non posse renunciari, nisi

nominatim, & specialiter. Ex hoc enim & illud pendet, primo, cur legitimæ renunciari non possit, nulla videtur esse ratio, nulla certè lex extat. Cur autem possit, ratio hæc est, tum quia hereditati toti, cuius hodie *(ex Nouel. 115. §. aliud.)* pars est hæc portio legitimaria, renunciari potest, vt inter oēs constat, tum quia querelæ potest, de qua mox, cuius excludendæ causa inducta est hęc portio, tū deniq; suum quisq; ius remittere potest. Sed hæc cum distinctione legum & morum sunt accipienda. Legibus. n. & iure non potest renunciari hereditati viuente patre. *d. l. vlt. de suis & legit.* Ita etiā nec parti & portioni hereditatis, legitimæ sc. Morib. autē hereditati potest renunciari, præsertim in pactis dotalibus. Deinde q, putant pleriq; Interpp. vt videre est apud Tiraq. *d. l. si vnquam. in præfat. n. 144.* & apud clariss. collegam nostrum D. Fachin. *3. Cont. 25.* generali hereditatis renunciatione non contineri legitimā licet iuratam: Mihi non videtur satis iuri consentaneū, oēs consentiunt eam non contineri in iurata, adducti *d. §. & generaliter.* In quo tamē, vt modo dictū, neq; de hereditatis, neq; de legitimæ, sed de supplemēti tantū renunciatione agit, cum vnus ille accepto vel legato, vel donat. potuisset videri accipiēdo testamentū parentis, in quo vel exheredatus vel præteritus esset, tacite approbare, atq; defuncti iudiciū agnoscere, & pinde tā à querela quam à legitima excludēdus. *l. nihil interest. 12. de inoff.* Ideoq; scopus est eius §. vt in eo supplemēti renunciatio specialis sit necessaria, ne videatur simpliciter accipiendo seipsum excludere. Ex eo autē ni fallor perperā concludunt legitimæ non posse renunciari nisi specialiter: aut generali hereditatis renunciatione nō contineri legitimā. Claudius Cifletius *lib. singulari de legit. cap. 16.* de iuratæ hereditatis renunciatione, an legitimā contineat, vt facta post mortē patris cōtineat, ante nō contineat. Sed iā non est quæstio de hereditate, an eius valeat renūciatio, verū posito, eā valere, an cōtineat legitimā? Eius tamē hoc est argumētū.

quia

quia iusiurandum, cum sit accessio quædam, vt pignus, & fideiussor, videatur non porrigendum vlterius, quam ipsa principalis renunciatio, quæ inquit ille ad successionem futuram, siue nondum competentem non pertineat. *d. l. vlt. C. de pact.* nisi adsit patris consensus. *d. l.* Quem consensum multi quoq; Interpp. in iurata renunciatione futuræ successionis requirunt, adeo, vt sine eo putent non valere eam renunciationem licet iuratam. Bald. *consil. 147. lib. 1.* Aliud videre est apud Couar. *loco alleg.* Sed huic eius argumento facile satis fieri potest ex c. quamuis eius. Nam *in d. c.* valet futuræ hereditatis renunciatio, ob iusiurandum, & proinde argumentum de accessione ex iure ciuili sumptum valet quidem eo iure, sed non ex dicto c. idq; ratio eius c. conuincit, quæ est, vt omnino seruetur iusiurandum, quod non vergat in dispendium salutis æternæ. *c. cum contingat. de iureiur.* Ex quibus intelligitur, generali renunciatione hereditatis contineri etiam legitimam, hac ratione. Quia legitima pars sit hereditatis ab intestato, *l. 8. §. si quis mortuus. de inoff. testam. l. cum quæritur, 6. C. eo.* (Atq; adeo hodie testamento est relinquenda. *Nouel. 115. §. aliud.*) In toto autem pars continetur, *c. in toto. de R. I. in 6.* Ergo in renunciatione successionis totius conti- -tur etiam hæc pars, nempe legitima. Nec distinguendum, q. -d factitant Dd. inter iuratam & iniuratam, si moribus hæc renunciatio hereditatis etiam sine iureiurando, vt multis in locis assolet, recepta sit. Multæ sunt aliæ de iurata renunciatione & de legitima, atque adeo omnino de hereditatis renunciatione quæstiones, quas videre licet apud Couar. *d. c. quamuis. p. 3.* Marant. *quæst. 10. per tot.* Papon. *lib. 6. Arrestorum. tit. 4.* aliisq; in Doctorum consiliis, & decisionibus, & Guid. Pap. Boerii Roland. à Vall. &c. Quibus fere ex iis, quæ diximus, satisfieri potest, vt an renunciatio hereditatis patris, eo absente facta à filio, sed pro absente patre stipulante Notario, valeat? Aiunt valere, & recte, sed non ea ra-

tione (quia Notarius adsit & absenti stipuletur. Id enim à iure est alienum, vt bene Cuiac. *lib. 4. obser. cap. 31.* quamuis aliud Accursianis Dd. videatur, quorum opinionem diligenter tueri conatur Couar. *lib. 1. var. Resolut. cap. 14*) Sed ideo, quia renunciatio non semper fit per pactum : potest enim vt pollicitatio ab vno fieri, cum pactum semper sit duorum. *l. 1. de pact.* & dictum est supra de renunciationis definitione, ac natura, & proinde eius vel præsentia vel consensus, cuius hereditati renunciatur, non est necessaria. Quæritur, an quia d. c. quamuis de filia tantum agit possit porrigi ad filium, & an possit porrigi ad filiam, nulla dote accepta? Plerique aiunt porrigendum in vtroque casu, vt iusiurandum conseruetur, non vergens in dispendium æternæ salutis. Mihi aliorum opinio benignior videtur, præsertim de dote. Sed quid si filia alioqui sit diues? Respondeo, quid si non sit diues. Sed hoc capitulum quia iuri Cæsareo expresse contrarium, *l. pactum dotal. C. de collat. l. 15. C. de pact.* videtur strictius accipiendum & intra suos fines coercendum. *l. ius singulare. de R. I.* Quod vero contra rationem iuris receptum est, non est producendum ad consequentias, inquit Bald. *d. l.*

Quæritur etiam, an post renunciationem filiæ, bonis paternis auctis, ipsa quoq; augmentum aliquod possit petere? Respondeo non posse. Quia vis renunciationis etiam in futurum valeat, prout etiam in collegio nostro Iuridico ad eiusmodi casum propositum respondimus. Atq; hæc de legitima, an generali renunciatione comprehendatur.

De fideicommisso grauis est quæstio, An & illud renũciatione generali comprehendatur? Loquimur autem de fideicommisso vniuersali. Nam de singulari certum est, non contineri. Tractant hanc quæst. *Dd. ad l. qui Romæ. §. vlt. de verb. oblig.* Hotoman. *consil. 14. per tot.* Menoch. *præsumpt. lib. 3. præsumpt. 115.* Peregrin. *de Fideicommiss. art. 52. per tot.* Controuersa

videtur

videtur hæc quæstio partim *ex d. §. vlt.* partim *ex l. 96. si Titius. de legat. 3.* In illa lege IC. innuere videtur, fideicommissum generali renunciatione contineri, in hac l. non. Nec obstat *d. §. vlt.* Quia & diuisio inter fratres facta, qua quis renunciat omni postea iuri, etiam ad fideicommissum porrigitur. Nam vt recte, & Accurs. ibi alia & speciali id de causa fit, nempe, quia diuisiones & renunciationes fratrum inter se de hereditate ad diluendas lites pertinent, ideoque valde sunt fauorabiles, ac proinde lata interpretatione producendæ. Minus obstat *l. 1. C. de pact. & l. 11. de Transact. in C.* vbi dicitur, posse renunciari fideicommisso, quemadmodum alias potest fideicõmissarius heredi fiduciario, hoc est hereditatẽ alicui restituere rogato, spem hanc suam cedere & renunciare. *l. cogi. §. sicut verbis. & §. si seruum. ad SC. Trebell.* vt & alia iura sperata cedi possunt interdum. *l. spem. C. de donat. & l. nec emptor. de contrah. empt.* Carol. Ruin. *consil. 18. n. 15. lib. 1.* Non obstant dictæ leges, quibus hoc tantũ dicitur, fideicommisso, siue iuri fideicommissi sperato posse renunciari. Nam nostra quæstio non est de fideicõmissi renunciatione specialiter facta, sed est de generali renunciatione hereditatis, an & ea tacite contineatur fideicommissum? Alios auctores de hac quæst. disputantes recenset Fachin. *lib. 5. controuers. iur. cap. 20.*

Superest vna grauis quæstio de hereditatis renunciatione, cum exceptione facta, an ea exceptio per testamentum remoueri possit? Exceptionem voco, quam vulgo reseruationem casus successorii, Germanice des Anfalls. Finge, filia accepta dote renunciat hereditati paternæ cum hac exceptione, vt si fratres sui sine masculis decedant, integrum sibi sit ius successionis, si quando casus euenerit. Mortuo patre fratres, qui erant duo, moriuntur sine masculis, sed posterior frater, testamento facto instituit aut filiam suam, aut alium quempiã heredẽ. Quęritur, An filia illa, quę renũciauit, quæ casum

casum sibi excepit, possit ob hanc exceptionem ad patria bona habere regressum, non obstante fratris illo testamento. Quod idem quæri potest non tantum de filia, sed ipsa mortua de eius liberis, An num ob exceptionem eam regressus illis detur ad bona illa auita, vel proauita? De qua quæst. in vtramq; partem exstant Interpp. disputationes, vt videre est apud Castr. *lib. 1. consil. 213.* Albert. Brun. *in Tract. de statut. fœmin. excludent. art. 10.* Zasium *consil. 1. lib. 2.* Hieron. Schurff. *consil. 7. lib 1.* Menoch. *consil. 569. lib 6.* Bursat. *cons. 264. per tot. lib. 3.* Qui & alios adducunt, eaq; quæstio in foro est frequens. Videtur autem hęc exceptio per Testamentum excludi. Quia alioquin homini sanæ mentis de bonis suis testandi libera facultas adimeretur. Bona autem à patre, quibus filia renunciauit, semel ad fratres delata, & illis acquisita, non iam videntur amplius esse paterna, vel hereditaria, sed fratrum propria, atq; patrimonialia. *l. sed etsi plures. §. filio. de vulg. substit. l. vt in fine. C. de inoff. Testam. §. 1. in fin. Quib. ex caus. manumittere.* Ex quibus locis aliisq; definiunt Interpp. Accursiani, & Bart. *ad l. eius. verb. hereditatis. De Rebus cred.* hereditatem semel aditam, non esse amplius hereditatem, sed patrimonium heredis, siue cum eo confundi, licet interdum etiam post aditionem dicatur hereditas, sed tamen improprie, *vt in l. vl. §. sin autem. C. de bon. quæ liber.* sc. relatione facta in præteritum. Sed hæc ratio licet Schurffium mouerit *consi. 96.* & Zas. *d. lo.* item Marant. *d. q. 10. nu. 11.* Aliorum tamen sententia mihi probabilior videtur. Pleniss. Brunus *d. art. 10. maxime quæst 4. & 5.* Cuius sententiæ argumentum grauissimum hoc est, quod hæc exceptio de casu, & regressu ipsi renunciationi annexa fuerit, & proinde bona illa cum hoc onere ad quemcunq; deuoluta transeant. Nec obstat quod de libertate testandi allatum est. Ea namq; libertas ad nostra duntaxat bona pertinet, nec produci debet ad ius alteri exceptione quæsitum, siue reseruatum. Alia in vtramq; partem

tem

tem argumenta, quæ nos breuitatis causa omittimus, & alioquin non ita videntur grauia, videre est apud Brun. aliosque modo expositos Doctores. Cogimur enim digitum tantum ad fontem intendere, non omnia enucleare.

Diximus supra initio capitis de Rebus, caput illud esse bimembre. Vnum scilicet membrum ad ipsa iura rerum, alterum ad obligationes & contractus pertinere. Exposito igitur priore membro, siue de Renunciationibus, q̃ ad iura rerũ spectant, videamus de iis, quæ ad obligationẽ & contractus pertinent. Et primũ de his, qui re cõtrahuntur, vt de mutuo, & de indebito. Notum est exceptionis non numeratæ pecuniæ vsum esse potissimũ in mutuo, siue pecunia credita, quæ interdum caueri solet, & non numerari, eaq; dicitur pecunia cauta, siue non numerata. *vt tot. Tit. C. de non num. pecun.* vt & dos interdum dicitur cauta. *tit. C. de d te cauta.* Vt igitur marito, cui non data est dos, sed cauta tantum & promissa, datur exceptio non numeratæ dotis, ita & in pecunia credita debitori datur exceptio non numeratæ pecuniæ. *l. aduersus. C. d. tit.* Hinc iam quæri solet, an huic exceptioni debitor renunciare possit? In qua quæst. variant Interpp. Sed aientium opinio obtinuit à Bart. potissimum profecta, siue potius ab ipso Accursio, posse sc. huic exceptioni debitorem renunciare. *l. 3. si ex cautione.* & ib. Bart. *C. eo.* De hac quæst. plene Vital. *d. tract. cap. an exceptioni non numeratæ pecuniæ renunciari possit.* Qui & eo propendet vt putet non posse renũciari. Duaren. quoq; *ad tit. C. de non num. pecun.* putat eam renunciationem non valere, tum quia hæc renunciatio ad delinquendũ inuitare videatur. Creditor enim vincet facile se numerasse, licet non numerarit, si non possit conuinci vel repelli exceptione, tum quia hæc renunciatio æquitati naturali contraria videatur, vt debitor soluat quod non accepit, eaque re creditor locupletetur cum alterius iactura, contra æquitatem naturalem. Sed Accursii & Bart. opinio vsu

est recepta, quod suis quisque exceptionibus, & beneficiis sibi competentibus renunciare possit. *l. Sed etsi quis. §. quaesitum. si quis cautionib.* quod & plenius supra explicatum *ad l. si 1. C. de pact.*

Ad mutuum pertinet SC. Macedonianum, quo prohibetur mutuum filiofam. *l. 1. & tot. Tit. ad SC. Maced.* Et ex eo datur exceptio patri, ipsiq; filio, etiam post solutam patriam potestatē, contra creditorem; *l. 1. l. 9. cū trib. seqq. eod.* Huic igitur exceptioni an filiusfam. possit renunciare, quaestionis est: de ea Accurs. alijq; *ad l. tamen eo.* Sichar *ad Rubr. C. eo.* Anto. Gomes. *var. Resolut. tom. 2. cap. 4. n. 2.* Zasius *lib. 2. sing. Resp. cap. 38.* & ante eos Vitalis. *cap. de renunciat. beneficii Macedoniani. d. tr.* Et constat inter omnes soluta patria potestate posse ei renunciari. *l. sed & Iulian. §. vlt. eo.* Sed an possit accipiendo mutuū, hoc est dū adhuc est filiusfam. controuersum nuper esse coepit. Plerique n. putant non posse. Sed Zasius, licet inq̄t tot⁹ orbis cōtra dicat, putat posse. *d. c. 38.* Cuius hae sunt rationes. 1. Quia ex omni cōtractu filiusfam. obligatur, quēadmodū & pacisci recte potest. Ergo inquit ille, & haec eius pactio siue conuentio valebit *l. filiusfam. 39. de obl. & act.* 2. Quia haec exceptio SC. Macedoniani similis videtur exceptioni SC. Velleiani. *d. l. 11. tamen eo.* At mulier Velleiano potest renunciare. E. & Macedoniano filiusfam 3. Quia in vno casu (c. quia plerique. de Immuntiat. Ecclesi. teste ibid. Innocent.) Filius fam. cogitur renunciare siue non vti eius exceptione. Si igitur potest, imo cogitur in vno, cur non possit & in alio? Sed hae rationes etsi non parum me mouent, malim tamen vulgarem Dd. sententiā sequi. Quia sic alioquin eluderetur vis & effectus eius SC. Facilime enim Adolescens egens pecunia eius potiundae exceptioni renunciaret, quod SC. inductum est, nō modo, vt damna adolescentum, & parentum eorum vitentur, sed etiam vt creditorum, siue foene-

fœneratorum fraudes coerceantur. *l. 1. in princ. eo.* Atque ita hoc SC. non ad priuatam tantum, sed etiam ad publicam vtilitatem pertinet. Ideoq; etiam non potest à priuato renunciari. *l. ius publicum. de pact.*

Nec obstat, quod filiusfam. obligetur ex omnibus causis. Excipitur enim mutua pecunia ob SC. Macedon. *l. 2. §. 1. de pollicitat. 2.* Quod exceptio Macedoniani SC. similis dicitur exceptioni Velleiani *arg. d. l. tamen.* est quidem in illa l. similis, in aliis plerisq; dissimilis. *l. qui exceptionem. 40. de condict. indeb.* Quas dissimilitudines diligenter congessit Hoto. *in comment. ad Pandectas. tit. de SC. Velleian.* Tertio quod in quodam casu non possit vti filius fam. exceptione. Nam ex eo non sequitur, quod aliis quoque in casibus ea vti non possit. Hæ igitur duæ renunciationes sunt ad mutuum pertinentes. Vna exceptionis non numeratæ pecuniæ: altera SC. Macedonian. & de hac Interpp. quos modo adduximus, vt & de illa non pauci, quibus accedat Couar. *lib. 3. var. resolut. cap. 4. n. 3.* vbi disputat, an exceptionis non numeratæ pecuniæ renunciatio valeat, non modo post contractum, sed etiam in ipso contractu factam. Nam de illa, quæ aliquo post contractum interuallo fit, constat inter omnes fere Interpp. eam valere. Petr. Cyn. Bart. Bald. Salyc. *d. l. si ex cautione. C. de non num. pecun.* eamq; esse communem Dd. opinionem ait Alex. *consil. 15. num. 3. lib. 1.* quamuis alii dissentiant. Bald. Iohan Faber. aliiq; nonnulli, quorum opinionem receptam scribit Iohan. Immola. *cap. si cautio. num. 6. de fid. instrum.* Illud tamen conceditur debitori in foro, vt possit, non obstante renunciat. si velit, probare pecuniam sibi non esse numeratam, sed probare intra biennium, Azo. Accurs. & alii, *d. l. si ex caut.* Hoc vbique receptum dicit Alberic. *d. l.*

Solennis quoq; & vsitata est renunciatio in contractu indebiti. Quia debitor solet renunciare condictioni indebiti & actioni in factum, de qua renunciat. Bart. Fulgos. Castrens. aliiq; *ad l. vlt. §. idē quæsiit. de condict. indeb.* Iason. *in l. 1. in prin. d. tit.* Et quidem inter omnes constat posse renunciari condictioni pecuniæ solutæ indebitæ, sed non constat siue controuersū est, an possit simpliciter renunciari condictioni indebiti, & cōdictioni sine causa. Pleriq; negant posse. *ar. d. §. idē quæsiit.* & ib. Bart. concludit, renunciatione cōdictionē indebiti nō īpediri. Sed aliorū videt. pbabilior opinio, vt Fulgosii, Alexandri, q̄ & Couarruuiæ probari videt. *d. n. 8.* Nec obstat *d. §. idem quæsiit.* in quo de generali renunciatione agi videtur. Quęstio autem est de speciali, an eius condictionis renunciatio nominatim facta valeat? Et arbitramur valere. Videatur Iason. *d. loc.* disputans in vtramq; partem, & Fulgos. *d. §. idem quæsiit.*

Nunc ad contractus, qui verbis fiunt, progrediamur, vt est stipulatio, quæ fideiussione constitui solet, non nudo pacto, *§. pen. Instit. de Fideiuss. l. blanditus. 12. C. eo.* Licet moribus hodie vsus stipulationum exoletus, aliud sit receptum. Ad fideiussiones igitur quædam renunciationes pertinent, ex quibus nonnullæ sunt communes omnium fideiussorum, nempe ob eorum communia beneficia, vt Epistolæ D. Adriani, cessionis, &c. Sed de iis quia supra explicatum, vbi de Renunciationis diuisione in generalem & specialem, breuitatis causa hic ea omittimus. Quibus tamen adiiciantur hæ auctoritates, vt Modest. Pistor. *consil. 35. quæst. 5. lib. 1. & consil. 1. quæst. 3. lib. 2.* Matth. Coler. *Tract. de Processib. Execut. par. 1. cap. 10. n. 381.* Daniel Mullerus *lib. 1. semestr. cap. 16.* Decian. *consil. 19. nu. 59. lib. 2.* Mascard. *de probat. conclus. 564. lib. 3.* Hipp. de Marsil. *de fideiussorib. num. 7.* Vital. *d. loc.* Rubic. an possit renunciari epistolæ D. Adriani. Thoming. *decis. 47. per tot.*

Proprie-

Proprie autem & specialis renunciatio fideiussoria ad mulieres pertinet, quas constat ex fideiussione & intercessione non obligari. Cæterum an exceptioni SC. Velleian. renunciari possit, controuersum est. De hac quæst. etsi nonnihil supra expositum, plenius tamen iam videamus, de qua Interpp. plerique *ad l. vlt. §. vlt. ad SC. Vell.* Bald. Salyc. aliique *ad l. 1. & 3. C. eod.* copiosè Vital. *d. tract. fol. 540.* Sichard. Rubr. *C. ad SC. Vell.* Conan. *lib. 6. commentar. cap. 9.* Gail. *2. obseru. 77.* Padilla Hispanus *ad l. vlt. C. de iur. & fact. ignor.* Tessaur. *decis. 222.* Adeo autē controuersa est hæc quæst. vt earum sit in numero, quæ Cæsarea decisione indigent, teste Tessauro *d. decis. n. 2. in fin.* Accursius, cuius magna est auctoritas, & Bartoli, cuius non minor apud Glossographos, inter se dissentiunt, & vtriusque sectam multi, vt fit sequuntur. Ille putat posse, hic non posse. Ita & Recentiores dissentiunt. Hot. *commentar. ad Tit. de SC. Vell.* ait posse. Duar. & Conan. negāt posse, vt & Gail. *d. obs. n. 3.* saltem sine certioratione, sed hæc alia est quæstio. Quod autem ad priorem attinet, mihi probabilior videtur Accursij opinio. *arg. l. 2. C. quando mul. tutel. offic.* Vbi si mater tutelam liberorum gerere velit, cogitur Velleiano renunciare. Potest igitur fieri renunciatio, sed in eo casu cogitur propter fauorem pupillorum: secundo ex *Nouel. 118. §. 4.* Vbi item mentio est huius renunciationis: tertio ex *d. l. vlt. §. vlt.* Vbi in casu *d. §.* cogitur mulier renunciare exceptioni huius SC. Sic enim ait Pomponius cauere debebit mulier exceptione se non vsuram. Sed respondet Duaren. & pleriq; Interpp. ibi de iudicio agi, quod & verum est, licet Hoto. *d. loc.* id cauilletur. Eius namque §. hæc est species. Quædam mulier pro aliquo intercesserat debitore. Ex hac intercess. ipsa inuita habet except. SC. Pro eo se rursus mulier offert parata iudicium accipere, creditor autem à muliere sibi metuens ob Senatusconsultum petit ab ea, vt renunciet, siue vt promittat se non vsuram exceptione SC. eoque facto se cum ea litiga-

turum. Respondit IC. hoc casu cogi mulierem id promittere, alioquin non cogi creditorem cum ea litigare, sed ad debitorem suum iturum posse Ex quo §. Dd. colligunt renunciationem SC. valere ob iudicium, & quia sit facta in iudicio. Sed neutrum colligi potest. Neque enim dicitur illa renunciatio siue promissio, cautio facta in iudicio, vt rectè Hotom. hic, neque dicitur ob iudicium valere renunciationem, quasi alioquin non valeret, sed hoc dicitur, eo casu cogi mulierem renunciare, idque ob iudicium, ne sit elusorium. Ex eo igitur colligitur posse mulierem renunciare, cum cogatur in isto casu iudicij vt & in casu tutelæ, *de quo supra.* Denique hoc probatur ex generali regula Suo quemque iuri ac beneficio renunciare posse *l. pen. Cod. de pact.* Hæc autem exceptio mulierum fauore est inducta. Videtur & huc nonnonnihil facere *l. 8. §. si mulier. & l. 31. Paulus. ad SC. Macedonian.*

Nec obstant quæ contra afferuntur. 1. Quod beneficiis ob fragilitatem non liceat renunciare, vt restitutioni in integrum. Hæc enim regula iure non probatur. 2. quod mulier eadem facilitate, qua intercedit, renunciare solet, aut potest *argum. l. 19. doli. ver. diuersum & seq. de Nouat.* Atque ita prouisio SC. fiat inanis his renunciationibus. Imputet enim sibi mulier, quæ cum potest nolit vti beneficiis iuris. *argum. l. si minor. de Minor.* Et hæc Accursij opinio Bartolo, licet aduersario, vsu est recepta etiam in Germania nostra, teste Gailio. *ibidem.* Quamuis eam improbent Sichard. Wesembec. &c. Et Tessaur. scribat in Senatu Pedemontano plerumque contra Accurs. iudicari. Sed pro eo iudicatur in curiis Galliæ, teste Papone, *lib. 12. tit. 5. Arrest.* Porro quæritur an valeat sine admonitione? Accurs. negat, *d. loc.* idque plerisque probari testatur Padilla *d. loc.* Gail. *ibid. num. 3.* cum mulier ius censeatur ignorare. Ignorato autem iuri non renunciatur, quia abest consensus *l. mater. de inoff. testam.*

Sed

Sed videndum, ne hæc opinio iuri non satis sit consentanea, quo non licet mulieribus ius ignorare. Quod tamen illi contradicunt, sine lege. Idemque de minoribus & Rusticis. Cessante igitur hac ratione efficitur admonitione non esse opus, atque ita in Parlamento Parisiensi iudicatum scribit Papo. *dict. loc.* Vbi tamen hoc adiicit, vt saltem mentio Senatusconsulti in contrahendo fiat. Sed in iure nostro hoc nusquam legitur. Moribus tamen & hæc de admonitionis necessitate opinio recepta est, excepto casu tutelæ, quo & ipsi negant admonitionem esse necessariam, exceptis & aliis casibus quibus cogitur renunciare, teste Bald. *ad l. vlt. Si quis in ius vocat.* & Tessaur. *dict. decis. num. 9.* Gail. *num. 2.* Dicunt etiam in renunciatione iurata admonitionem non esse necessariam. Iusiurandum enim supplet, aut vim habet certiorationis. Sed quæritur an quocunque in casu necessaria est admonitio, excipiatur iurata renunciatio? Qua de re supra nonnihil. Nam plerique iuratam excipiunt non modo in hoc Velleiani beneficio, sed etiam in alio quolibet. *argum. Auth. Sacramenta. C. si aduers. vendit.* Gail. *2. obseruat. 77. in fin.* vbi multos adducit Tessaur. *num 3. & vlt.* vbi adfert *c. ex rescripto. de iureiur.* Et ita iudicari solitum in suo senatu scribit. Mihi tamen scrupulus hæret, an sc. iurisiurandi hæc quoque sit vis, vt tollat admonitionem siue certiorationem, eo quod nec admonitio succurrat ignorantiæ. *l. si pupilli. §. id quod palam. de institor. act.* Non videtur autem iurisiurandi hæc esse vis, vt inducat consensum, qui contrarius est errori, & ignorantiæ, vbi nullus est. Iusiurandum enim & veritatem, & consensum requirit, *c. vlt. 22. q. 5. c. animaduertendum. 22. q 2.* Ias. *ad l. si conuenerit. n. 17. de iurisd.* Valet igitur Velleiani renunciatio, sed admonitæ. Vtrum autem Renunciatio mulieris iurata *d. Auth. si qua. C. ad SC. Vell.* etiam valeat, si ex ea grauissimè lædatur? Respondeo non valere. Nam quamuis iusiurandum sit seruandum, excipitur tamē grauissima siue enor-

ue enormis lęsio, quia ea dolo comparatur, vt pleriq; putant. *ar. l. si superstite. C de dol. ma.* Nec interest reipsa, hoc est, læsione, siue damno, an proposito fiat dolus. Vtroq; enim casu, & actionem de dolo competere. *ar. d. l.* & iusiurandum non valere, aut certe vim non habere, aiunt Accurs. *ad l. si cum aliter. de V. O.* & alij, quos Tessaur. *d. loc.* adducit. Gail. *2. obs. 77. in fin.* Quamuis multi contra sentiant, ob enormem lęsionem non cessare vim iurisiurandi, quæ opinio & Tessauro probabilior videtur. *d. loc. num. 22. & seq.* vt & mihi, quia hoc iusiurandum possit seruari sine detrimento salutis æternæ, nec verum est quod ex *d. l. si superstite.* concluditur vulgo, vt alias plenius explicauimus. Videatur de hac quæstione nouiss. Ant. Quetta *consil. 35. cas. 36. cas. 38. & consil. 88.* Atq; hæc de SC. Macedon. & Velleian. sint satis, itéq; de admonitione siue certioratione, de qua & supra ferè initio huius Tractat. vbi & dictum, admonitionem hanc siue certioratione generaliter esse necessariā, hoc est, in omni causa siue iure aut beneficio, teste Ioh. Andr. *d. c. quamuis. de pact.* Sed hoc intelligendum de his, quibus ius ignorare pmittitur, vt hi soli de suo iure, quod ignorent, sint certiorandi, qui sunt quatuor fere: Milites, Minores 25. annis, Rustici, Mulieres. Sed his duobus nō nisi in damno. *l. error. de iur. & fact. ignor. l. quæuis. & l. vlt. C. eod. l. 2. in fin. de iur. fisci.* Illis etiam in lucro. *l. ait prætor. §. hodie. de Minor. l. regula. §. si filius. de iur. & fact. ign.* Et ita accipiendum, quod paulo ante diximus, & in quibusdam Dd. reprehendimus, q sine distinctione damni & lucri permittunt rusticis & mulieribus ius ignorare. Atque hæc hactenus de renunciationibus ad contractus, qui re fiunt, vt est Mutuum.

De contractibus, qui consensu fiunt, & de emptione, quæ rescindi solet venditore læso, vltra dimidium iusti precij. *l. 2. & l. 8. Cod. de rescind. vendit.* Quæritur ergo an huic possit renunciari? Couar. *l. 2. var. Resolut. cap. 4. per tot.* Rebuff. *ad Constit. Regum Franciæ. Tract. de Resciss. contract. artic. 1. Gl. 15. n. 21.*

Miror

iror à Pinello, cuius extat volumen *in d.l. 2.* planè hoc præ-rmiſſum. Et conſtat inter oẽs venditorem poſſe renuncia-. Sed de modo eſt controuerſia, hoc eſt, an ſpecialis, an vero fficiat generalis Renunciatio? Pleriq; tamen non ſufficere eneralẽ aiunt, quos congerit Tiraq. *d.l. ſi vnquã. in præf. n. 127.* *de reuoc. donat.* Fachin. *2. controuerſ. iuris. cap. 20. verſ. ſexta & po-rema controuerſia eſt de renunciatione, an tollat. act. ex. d. l. 2. vſque d fin. capit.* Eam ſententiam confirmant arg. *l. vlt. §. idem quæ-it. de condict. indeb.* quem inquit Couar. loco citato eſſe inſi-gnem textum huic opinioni, vt ille communi confirmandæ. Sed ex iis, quæ de eo §. ſupra ſunt expoſita, conſtat eum §. ni-hil ad rem facere. Nec vlla lex alia profertur, nec ratio opi-nionis. Quare cum hæc ſit regula, renunciationem genera-lem valere niſi in caſibus exceptis, quos inter non reperitur hic caſus, & beneficium *d. l. 2.* conſequitur generali renun-ciatione hunc quoque caſum contineri. Regulæ enim ſtan-dum, quamdiu exceptio non probetur. Decius *ad Rubr. l. defi-nitio. de R. I.* Quæ ſententia eo quoq; argumento confirmari poteſt, quod hæc Renunciatio ſit fauorabilis, quia confirmat contractum. Præterea huius l. beneficium eſt nouum, (licet Cuiac. putet contrarium) & proinde ſtrictè interpretan-dum, vt pleræq; nouæ leges maximè reſciſſoriæ.

Diximus renunciationem huius legis valere, niſi facta ſit generaliter, quę eſt Interpretum exceptio, ſed falſa, vt iam dictum. Altera exceptio, ſi læſio dimidium iuſti precij longè excedat, Couar. *d. loc. n. 5.* q alios Auctores adducit, eam pro-bant hac ratione. Quia tanta læſio dolũ contineat *art. qui ſu-perſtite.* Sed vt ſupra dictum, id in ea lege nõ dicitur & proin-de hęc quoq; exceptio cum ſua ratione cedit. Quidã & ter-tiam adferunt, vt Calcanęus *conſ. 25. n. 27.* quam exceptionem ipſe Couar. rectè improbat, eo breuitatis cauſa me remitto: cum nulla idonea ratio à Calcanæo afferri poſſit, cur renun-ciatio *d. l. 2.* ex interuallo valeat, in ipſo contractu non valeat.

Ad emptionem quoq; pertinet Edictũ ædilitium, quo inducta est actio redhibitoria, itemq; Edictum *de Euict.* Potest igitur Emptor actionem redhibitoriam remittere, vt si nominatim venditor modum aliquem excipiat, de quo nolit teneri. *l.14. quæritur. §. si venditor. de ædilit. edict.* Sic & in euictionibus quia in iis necessaria est denũciatio. *l. emptor. C. de euict.* potest eam emptor renunciare, quia & ipsam euictionẽ potest venditori remittere, siue cum eo pacisci, ne de euictione teneatur. *l. 11. ex empto. §. vlt. de act. empt.* & contra potest venditor emptori concedere, vt contra se agat, etiam ante rem ablatam tantum sc. conuentus, quod alioquin sine hac venditoris concessione, siue pacto non posset emptor *l. qui rem. C. de euict. l. non tamen. ff. eod.*

De locatione notum est, mercedem, quam colonus, vel inquilinus, hoc est, conductor præstat, certis ex causis remitti. *l. 9. si merces locati. l. licet. C. eod.* Sed hæc remissio cessat interdum siue ex quibusdam causis, vt ex pacto, seu renunciatione. Quæ renunciatio remissionis valet *d. l. 9. si quis.* §. *2. Iulianus locati* & copiose Bossius *in tract. de remiss. mercedis. num. 56.* Est autem satis controuersa hæc quæst. quæ & à Bossio, & à Mozzio *tit. de locat. cap. de accidentalib. locat. numer. 52. & aliquot seqq.* tractatur. An scilicet renunciatio hæc remissionis, non obstante quolibet casu, tam late sit interpretanda, vt planè inusitatum & inauditum contineat? Bursatus *consil. 81. lib. 1.* Laurent. Kirchou. *com. opin. centur. 1. conclus. 27.* Vulgo negant continere. Bart. *l. opus locati. & l. sed etsi. §. quæsitum. Si quis cautionibus.* eaque tandem Glossographorum communis est opinio, teste Francisc. Turzano *commun. opin. 143. Nisi*, inquit Fran. Marcus, *renunciatio sit iurata. decis. 208. part. 2.* Sed non probatur mihi hæc opinio. quia hęc Interpp. opinio de casu insolito non extat in iure, tum quia omnes casus fortuiti sint insoliti, licet ex aliis alij rarius contingant.

Supereſt

Supereſt Emphyteuſis, de qua iam ante dictum. Verigratia, an colonus agrum, quem in emphyteuſin accepit, eſerere Domino inuito poſſit? quod & de fundo quæri ſo-t, vt an emphyteuſis renunciatio facta Titio, hoc eſt, cer-: perſonæ, ea perſona extincta, redeat emphyteuſis ad eum, ui ceſſerat Titio, hoc eſt, renunciatorem, an verò ad Dominum? Videatur Menoch. *de præſumptionib. præſump. 115.* Et otinuit vulgo, ad renunciantem ſiue Emphyteutam redi-. Item non poſſe deſeri. Qua de re Tiraq. *de retract. §. 34. Gl. nu. 2.* Nunc vlterius quæritur, an, quia Domino certis de uſis committitur emphyteuſis, poſſit ille huic iuri renunare, ſiue an valeat pactum inter Dominum & Emphyteu-m, ſi is triennium ceſſet ſoluere canonem, de eo nihilo agis expellendo? Et reſpondent Interpp. *l. 2. C. de iur. emphyt.* poſſe. De pacto id expreſſum eſt, ne Emphyteuta ob nõ lutum canonem expellatur, eamq; conuentionem valere, e pactum eſſe ſeruandum. *d. l. 2. in princ.* Sed eadem eſt & renciationis ratio, quæ aut pacto fieri ſolet, aut per ſe, & vl-). Ratio autem, cur hęc cõuentio valeat, eſt, quia hoc comſum eſt receptum in vtilitatem Domini. Poteſt autẽ quiſe ſuo commodo renũciare. Nec obſtat, quod hæc renun-tio videatur Emphyteutam ad delinquendum inuitare, ę conuentiones non valent, *l. illud. 5. de pact. dotal.* Nam neq; lictum eſt, non ſoluere penſionem. Eodem pertinet, an re-iendo poſt cõmiſſum Canon. Dominus cenſeatur tacite miſſo renunciaſſe? Fach. *1. cont. cap. 2 lt. per tot.* Prior quæſtio de expreſſa hęc eſt de tacita commiſſi renunciatione. De: vt ſolet Bart. diſtinguit: alij ſimpliciter & indiſtinctè ne-it. Benignior tamẽ aientiũ videt opinio, & Accurſij quem riq; ſequuntur, veteres pręſertim Gloſſographi, vt Specu-Angel. & alij, quorum hæc eſt ratio, quia commiſſo nõ ſit us, niſi volente Domino vti eo. Non videtur autem velti eo, qui poſt commiſſum rurſus Canonem recipit ab

Emphyteuta. *ar. l. post diem, & l. commissoria. C. de pact. l. vectigalia. §. vlt. de publ. l. rescriptum. 20. §. si de pacto. de pact. l. 4. §. Labeo. de doli mali except.*

Cap. III.

De Actionibus, & Exceptionibus.

EXpositis renunciationibus ad personas & Res pertinentibus superest, vt quæ ad Actiones pertinent explicemus. Quia verò actionum est vsus in iudiciis, vt patet ex definitione actionis, operæ pretium erit, & alias renunciationes, ad iudicia, & iudiciorum similia iuris remedia, pertinentes breuiter explicare, vt sunt exceptionum renunciationes. Nam & his tantum vtimur in iudicio, quia exceptio nihil aliud est, quam actionis exclusio. *l. 2. de except.* Cuius generis est in ius vocatio, litis contestatio, iusiurandum calumniæ, probatio, cessio bonorum, vt est appellatio, restitutio in integrum, &c. Quod igitur attinet ad actiones, de his quia iam supra explicatum initio huius Tractatus *ad l. 4. postquam liti.* ad quam hic locus de renunciatione litis & actionis ab Interpretibus tractari solet (Ioh. Bolognet. *in d. l. 4. Cæsar Contardus repetit. l. diffamari cap. 3. num. 95. cum trib. seqq. C. de ingen. manum.* Peck. *de iure sistendi cap. 48.* Iohan. Baptista Asinius *in praxi iudiciorum. §. 32. cap. 2. ampliat. 2.* Tiraq. *ad l. si vnquam. C. de reuoc. donat. verb. donat. largitus.*) Ideo non est opus ea denuo hic inculcare. Est tamen hoc non omittendum, hæc differre, *liti, & actioni renunciare.* Huic enim renunciari potest, nulla dum lite mota, *l. 61. §. si seruus. de furt. & l. 13. post decisionem. C. eod.* vt cum actio liberalis causæ remittitur. *l. 17. si te. Cod. de ingen. manumiss.* Quamuis de lite agi videatur, cum actione tutelæ renunciat adolescens, quod putat non posse adolescentem. Baldus *Auth. Sacramenta. vers. & ex hoc*

hoc apparet, C. si aduers. vendit. Cui non assentior. Sed restituetur in integrum adolescens captus hac renunciatione, si postulet, qua de re infra. Sed renũciatio litis proprie est de lite, & controuersia iam mota, *vt in d. l. 4. C. de pact. l. si intra. C. de in integr. restitut. l. 11. filia. C. ad l. Cornel. de falsis. l. vi destitisse. de Minorib.* Quæritur, an renunciatio litis pro donatione habeatur? Dicendum in dubio non haberi, quia nemo suum iactare præsumatur. *l. cum de indebito. de Probat.* nisi actor cum sciret sibi ius esse, bonamq; se causam habere, nihilominus destiterit, & liti renunciarit, in gratiam rei. *arg. l. 1. §. quod si in lite. Si quid in fraud. patron.* prolixe Tiraq. *Ibid. n. 205. & seqq.* Sed an qui renunciauit liti, censeatur omni renunciasse? Et distinguunt actionem in rem à personali, vt in illa renunciator omni modo excludatur: in hac non omnio. Alciat. *in l. 4. C. de pact.* Sed hæc quæstio mihi inepta dicitur. Qui enim liti cœptæ renunciat sine dubio eam tantum intelligit, vt si renunciat rei vendicationi, siue liti ex ea cœptæ, non debet intelligi renunciasse hypothecariæ, vel alii in rem actioni. Quod item & in act. personali, vt commodati, siue liti ex ea institutæ si renunciat, non censebitur alii in personam, vt condictioni certi, ex mutuo renunciasse, nisi si omnibus actionibus renunciet, quæ renunciatio hunc habet effectum, vt renuncians plane excludatur. Sed hoc vix contingere solet. Ad effectum quoq; harum renunciationum & hæc pertinet quæstio; An hac renunciatione non modo lis desinat, qui est verus huius renunciationis effectus, sed etiam an præter interitum litis & actionis ius aliud ei cuius in commodum facta est quæratur, vt actio vel obligatio, vel dominium? Dicendum non quæri, vt & recte Interpp. *l. naturaliter §. nihil commune. de acquir. possess. arg. l. si pro fundo. C. de transact.* Afferunt illi *& l. si te C. de ingen. manumiss.* quæ tamen ad rem non facit, vt recte Tiraquel. *d. n. 205.* Affert ille aliam puta *l. 8. C. de his quib. vt indign.* Sed nec ea multum facit. Ratio est, quia renuncia-

nunciatio est quasi pactum. Atqui pacta de vna re facta non porriguntur ad aliam, *l. 27. §. ante omnia. de pact.* Et pactis neque dominium quæritur neq; obligatio, vel actio. *l. 20. traditionibus. C. de pact. & l. 7. §. sed cum nulla. eod.*

Nunc de Exceptionibus. Controuersum est an generalis omnium exceptionum renunciatio valeat? Sed verius est valere, tam peremptorialium, quam dilatoriarum. *arg. l. peremptorias. C. sentent. rescindi non posse. l. destitisse. de iudic.* Quia suo quisque iuri potest renunciare. Excipiuntur tamen exceptiones nondum competentes, sed futuræ. His enim facta Renunciatio non valet. Videatur Baldus ad peculat. *lib. 2. tit. de Renunciat. vers. Quod si quis.* 2. Excipiuntur aliquæ exceptiones, quibus renunciari non potest, vt est exceptio excommunicationis, simulationis, siue simulati & vsurarii contractus. Bart *l. nemo 11. de legat. 1.* Cæpolla *de simulatis contractib. præsump. 7. & vlt.* Ioh. Andr. ad Specul. *d. tit. vt exceptio feriarum diuinarum c. vlt. extra. de feriis. l. 1. ff. eod.* Excipitur & exceptio, seu præscriptio fori, quoad clericos. Excipiuntur denique delicta siue crimina. Quæritur an renunciatio exceptionis doli non sit tam efficax, vt etiam excludat restitutionem ob grauissimam læsionem? De hac quæst. plene Corneus *consil. 214. l. b. 3.* Ipsi enormi læsioni posse renunciari, fatetur Bart. *l. si quis cum aliter. de V. O.* & Corneus *d. consil.* licet enormis lęsionis renunciatio non contineat maximam siue enormissimam, vt *ib.* loquitur Corneus.

Nunc de ipso iudicio, & primo, quia Iudicia cessant in feriis, potest tamen his renunciari, sed factis in vtilitatem priuatorum, vt messium, vindemiarum, quibus ex voluntate partium potest exerceri iudicium, vt & supra Bart. Iason *ad l. 1. num. 29. de Feriis.* Huc pertinet & renunciatio exceptionum fori, de qua supra. Tertio iusiurandum calumniæ non potest renunciari. *l. 2. §. sed quia. C. de iuram. propter calumn.*

calumn. Quarto litis conteſtatio non poteſt remitti, quia per eam Iudex cauſam cognoſcit. *l. 14. rem non nouam. §. patroni. C. de iudic. l. 1. C. de litis conteſt.* Quare vt iudicium ſine cauſæ cognitione non, ita & ſine litis conteſtatione eſſe non poteſt. Quinto de probationibus quærunt, an illis poſſit renunciari? Reſpondent Gloſſographi poſſe in iudicio, extra iudicium non poſſe. Bar. Bald. aliique *in Auth. iubemus. C. de iudic.* Quæ diſtinctio mihi plane falſa eſſe videtur, niſi intelligatur de renunciatione allegationum, de qua eſt d. Auth. Alioquin abſurdum eſſet renunciare probationibus, quæ ad cognitionem cauſæ iudici ſunt maxime neceſſariæ. Non enim partibus, ſed ipſi iudici probandum eſt, *l. 3. de teſtib.* Plane, quod eſt ſextum, allegationibus renunciari poteſt, atque adeo cogi poſſunt litigatores iis renunciare, quæ renunciationum allegatio in iudiciis fieri ſolet, cum in cauſa concluditur, zu recht ſtellen/ vel ſubmittitur. De hac renunciat. eſt d. Auth. *ex nouell. 115.* Iudicii pars eſt non minima executio, quæ fit interdum vendendis bonis debitoris condemnati, vel carcere eius, qui non eſt ſoluendo.

Sed aduerſus carcerem eſt commune beneficium ceſſionis, omnibus competens, niſi ei renunciarint. Quamuis plerique diſtinguant, vt ceſſionis cum duo ſint effectus, vnus ad euitandum carcerem, alter competentiæ, vt vocant, huic quidem competentiæ beneficio poſſit renunciari, illi vero carceris euitandi non poſſit, quia carcer ſit ſpecies ſeruitutis. Atqui hæc diſtinctio non eſt recipienda nec in foro vſitata. Guid. Pap. *deciſ. 211.* Capell. Tholoſ. *deciſ. 61.* Couar. *lib. 2. var. Reſolut. cap. 1.* Vaſquius. *de ſucceſſ. creation. §. 29. num. 17.* Iohan. Guterius *tract. de iuratis contractib. cap. 18.* Beatus de inope debitore creditoribus addicendo *cap. 16. per tot.*

Atq;

Atq; hæc de communi beneficio contra executionem. Proprium clerici habent. Odoardus; *extra. de solut.* Cuius beneficio clericus, si non soluat, licet laicus possit, non potest excommunicari. Huic autem beneficio clericus renunciare non potest, atq; adeo ne coniiciatur in carcerem. Canonistæ enim eius c. beneficium, quod est de excommunicatione, producunt etiam ad carcerem, imo vt non cogantur cedere bonis. Eoque pertinet *c. peruenit. de Fideiussor.* idque argumento militis, quasi clerici sint milites cœlestes. Miles namque armatus à Iudice condemnatus non cogitur soluere, nisi quatenus facere potest. *l. 6. de re iudic.* Huic igitur beneficio plerique negant posse clericum renunciare, vt neque beneficio fori, de quo est *c. vlt. de foro compet.* & dictum de eo supra. Ratio est, quia clericis hæc beneficia sunt concessa non vt singulis, sed vt vniuersis, totique ordini. Vnde cum in ordinis vniuersi præiudicium foret, renunciare non possunt? Suo enim quisque iuri non alieno, & præsertim publici collegii renunciare potest Accurs. *l. inuitus. §. 1. de R. I.* Bart. aliique Dd. *l. pen. C. de pact.* Eadem ratione inducti Hispani (apud quos nemo vir nobilis ob æs alienum in carcerē coniici potest) Iureconsulti quidam putant, huic Nobilitatis ordini concesso priuilegio singulos renunciare non posse, vt apud Guterium videre est. *d. Tract. cap. 16. n. 37. cum mult. seqq.* nisi iurata sit renunciatio. Sed alii etiam iniuratam valere contendunt. Couar. *d. c. quamuis. par. 2. n. 5.* Vasq. *d. loc.* dubitat. §. *22. n. 60. cum mult. seqq.*

Nunc de publicis Iudiciis, in quibus hoc singulare est, quod neque Exceptionibus, neque aliis defensionibus; vt appellationi, reus renunciare potest. De appellatione sumpto argumento *l. Non tantū. de appellat.* Accurs. *l. pact. de pact.* vbi & alii. Bart. quoque & Angelus. de exceptionibus, aliisq; defensionib⁹ prolixe Vitalis *pag. 550. edit. Venet.* qui ita distinguit, vel, inquit, constat reum habere defensiones, vel non constat

ſtat. Si conſtat, non poteſt renunciare, ſi conſtat non habere, poteſt. Si deniq; dubium eſt, etiam poteſt, ſed ita vt pœnitere poſſit, & renunciationem reuocare. Accurſ. *ad l. 1. de Furt. l. 1. § ſi quis vltro de pœnis. & d. l. nõ tantum. de Appellat.* Mihi humanius videtur, vt omni caſu, vel nulla ſit renunciatio, vel ſine effectu, hoc eſt, vt eam reuocare liceat reo, præſertim cũ de ſanguine & vita hominis agitur, cuius ſeruãdæ cauſa multa alioquin prohibita conceduntur. Dd. *in l. transigere. C. de Transact.* Quare & recte concedunt Interpretes accuſatum feriis pro ſe facientibus non poſſe renunciare: contra ſe poſſe. Quia omnis ratio expediendæ ſalutis honeſta cenſetur.

Huc pertinet, quod de appellatione quæritur, cui poteſt renunciari in cauſis ciuilibus, non vero in criminalibus. Ratio differentiæ eſt *in l. vlt. §. vlt. C. de appellat. l. 1. §. ſi quis. ff. quib. apell. non liceat.* Accurſ. Angel. & alii gloſſographi *ad d. l. pactum.* Ioh. Paponius *de arreſtis lib. 14. tit. 5.* Marant. *par. 6. tit. de appellat. num. 330. & duob. ſeqq. in ſuo ſpeculo aureo.*

Poſtremo *de reſtit. in integr.* conuenit inter Dd. minorem ei non poſſe renunciare, tum quia minor ad renunciandum eadem facilitate, qua ad contrahendum induci poſſit, tum quia non minus in renunciando quam in contrahendo lædi poteſt *arg. l. ait Prætor. §. reſtitutus. l. interdum eſt minor.* Accurſ. & alii. *l. ſi Iudex. eod. l. 6. C. de in integr. reſtit.* Vital. *d. tract. pag. 57.* Quibus non aſſentior, d. l. ſi Iudex & rationes in contrarium hoc ſuadent tantum, vt contra ſuam renunciat. nihilominus poſſit minor in integrũ reſtitui, vt captus. *l. 1. de minor.*

Caput Vltimum.

De vi, & effectu, atq; Interpretatione Renunciationum.

EXplicatis cauſis, in quibus renunciationes verſantur, reliquum eſt de earum vi explicemus. Ad vim earum per-

tinet. Primo renunciatione tolli ius non ipso iure, sed ope exceptionis, instar pacti, cui persimilis est renunciatio. De pactis notum est. *l. si vnus. §. pactus. l. 7. §. sed cum nulla. de pact.* De Renunciatione est *l. 3. C. de repud. hered. l. quaritur. 14. §. pen. de adilit. edict.* Alex. *in l. Pomponius. de Negot. gest.* Bart. *l. 1. C. de pact.*

Secundo ad effectum renunciationis pertinet causarum explicatio, ex quibus renunciationes rescindi possunt, quarum fere quatuor afferuntur. 1. Ætas vt docet Pistor. *consil. 42. lib. 1.* 2. Est ignorantia, in adolescentib. militibus, mulierib. rusticis. De rustico tamen non extat in iure, sed de rusticitate, quæ de homine plane imperito accipienda, Pistor. *d. lo.* 3. Grauissima læsio Mynsing. *centur. 5. obseru. 59.* Hotom. *consil. 7. num. 8.* Sed mihi hæc causa rescindendæ renunciationis non placet, vt supra dictum. Neque etiam transactio ex hac causa enormis læsionis rescinditur. *l. Lucius. §. vlt. ad SC. Trebell.* 4. Donatio inofficiosa, verbi gratia an donationi inofficiosæ à patre factæ renunciatio à filio facta rescindi possit. *l. 1. de Minor.*

Puto non posse, & proinde hanc non esse causam infirmandæ renunciationis: imputet enim sibi filius, qui cum possit inofficiosam patris donationem actione rescindere *tit. C. de inoff. donat.* huic suæ actioni sponte renunciarit, maxime, cum hæc renunciatio sit fauorabilis, quia rescissio donationis est odiosa. Nam & querelæ inofficiosi testamenti non est dubium, quin filius renunciare possit, vt & iuri nullum dicendi testamentum. *l. filio. de iniust. rupt.*

Deueniendo ad posterius membrum huius vltimi capitis, de interpretatione Renunciationum, paucis nos expediemus. Dictum est sub initio huius nostri tractatus de

Perso-

Personis, quibus renunciatio prosit, vel non, quod idem & de pactis tractatur à I C. *in l. rescriptum. 10. §. vlt. & seqq. de pact.* Nota autem est regula in pactis; *Ea ab vno facta alteri neque prodesse, neq; nocere.* Cuius tamen regulæ aliquot sunt exceptiones, maxime quia pactum aliud in rem concipitur, aliud in personam. *ante allegatis legib.* Ad eundem modum & de renunciat. regula constitui potest, *Eam ab vno factam nec prodesse, nec nocere alteri. l. iubemus. C. ad Velleian. §. vlt. tit. 49. & tit. 26. lib. 2. feudor.* Sic filia, quæ, vt sæpe fieri solet, renunciauit bonis maternis, patre ad secunda vota transeunte, idq; in fauorem patris, an hæc renunciatio patri eiusq; omnibus liberis tam ex secundo, quam ex primo matrimonio, an vero patri & liberis tantum ex primo, hoc est fratribus filiæ renunciantis prosit? Magna quidem est controuersia, quam Boerius *decis. 184.* hydram vocat, de qua copiose Alex. *toto consil. 49. lib. 7.* Castrens. *consil. 152.* Quibus in locis ea quæst. in vtramque partem agitatur. Mihi vero eorum sententia verior videtur, qui hanc renunciationem reliquis liberis prodesse omnibus, non tantũ prioris, sed etiã secundi matrimonii opinãtur. *ar. l. si actio. C. de pactis.* Et hac ratione. Quia omnes eiusdẽ sunt patris, cui facta est renunciatio, liberi. Nec obstat, quod ex hac opinione sequatur inæqualitas inter liberos prioris, & secundi matrimonii. Nam filia suorum bonorum maternorum Domina potest ea patri donare vel cui velit fratri, reliquis omnibus exclusis. *l. in re mãdata. C. Mandat.* Quare cum in casu proposito patri ea bona renunciarit filia, non est, quod eius fratres germani de inæqualitate contendant, siue conquerantur. Summa de Personis hæc est, renunciationem vnius non prodesse vel nocere alteri, nisi heredi, ad exemplum aliorum contractuum.

Quod ad res attinet. Regula est, renunciationem causæ vnius non porrigi ad alteram, vt iuris præsentis renunciatio non extenditur ad futurum, sic renunciatio

hypothecæ, in vna re, non extenditur ad hypothecam in alia re. Bart. aliiq; *in l. iubemus C. ad SC. Velleian.* Tiraq. *d. loc. n. 394.* Matth. de Afflict. *decis. 350* Benintendus *decis. 74.*

Coronidis loco tandem & hoc obseruandum est, de generali renunciatione, eam non porrigendam ad ius postea quæsitum. *l. paulo. §. 1. de legat. 3.* Corbulus *l. qui Rom. §. duo fratres. n. 18.* Iason. *n. 10. ibid. de verb. oblig.* Neque ad id, quod ex noua causa adiicitur. *arg. c. cum inter. extra de Renunciat.* Semper enim Renũciatio iuris intelligenda ex causa præsenti, rebus sc. ita stantibus. Ias. *in l. qui cum Tutoribus. de Transact.* Illud certum etiam est, renunciationes iuris illicitas, vt hereditatis, strictissime interpretandas esse, quamuis ex moribus nostris sunt receptæ. *l. quod vero. ff. de legib.*

FINIS.

SE-

SEQVVNTVR SELECTISSIMA ILLVSTRIVM ALIQVOT ACADEMIARVM GERMANIÆ, in hac Renunciationum Materia reddita responsa.

CONSILIVM I.

VNIVERSITATIS INGOLSTADIENSIS.

Jn quo casus controuersus discutitur, quatenus filiæ ad bona renunciata regressum habeant.

CASVS.

E. à V. quinq; habuit liberos, nempe Wilhelmum, Christophorum, Margaretham, Appoloniam, & Kunigundam. De quibus Margaretham nuptui dedit B. G. cum dote mille quingentorum florenorum: ea tamen lege in pactis dotalibus adiecta, vt dicta Margaretha renunciet hereditati paternæ, maternæ, fraternæ in hæc formalia verba, quæ sequuntur. Vnd hierauff soll sich die gemelte Margaretha/mit Verwilligung vnd Gunst deß gedachten B. G. jhres ehelichen Gemahels zu K. vor dem Landgericht gnugsamlich verzeihen alles vnd jeglichs jres Vätterlichen/Mütterlichen/vnd Brüderlichen Erbs/vnd Guts. Es währe dann sach / daß der vielgenannt E. von V. vnnd alle seine Mannliche Leibs Erben / alle ohne Eheliche Mannliche Leibs Erben abgangen/vnd nicht eheliche Mannliche Leibs Erben hinder jnen verlassen. So soll der vielgenannten Margreten von V.

vnd jhren Erben/obgemelte Verzig keinen Schaden fügen/noch bringen/was sie zu Vätterlichem/Mütterlichem/vnd Brüderlichem Gut Gerechtigkeit hat oder haben mag / in gleicher Weiß/ als ob sie gar vnd gantz nichts verzigen were/noch Verzig gethan hette/ohn alle Gefährde. Quam renunciationē Margaretha actualiter, & medio iuramento in deputato iudicio præstitit. Mortuus est deinde E. pater, relictis post se quinq; liberis. Et filij eius masculi hereditatē adiuerunt, ac quiete possederūt. Postea ꝓfectus est Christophorus in militiam, in eaq; occubuit, cuius portio quoq; ad fratrē supstitē Wilhelmū rediit, ꝙ eā in 35. annū pacificè tenuit, ac possedit. Et cū cęteris duabus sororibus earumq; Maritis, de vniuerso iure ad hereditatē paternā, maternā, fraternā, illis cōpetente, data certa quantitate pecuniæ, & recepta earundē Renunciatione, composuit atq; transegit. Succedente tempore & superstite adhuc Wilhelmo decessit etiā Margaretha q̄ in suprascriptū modū renunciauit, relicta filia Anna nomine, nupta I. ab H. & hęc in pręsenti causa fuit Actrix. Tandē moritur & ipse Wilhelmus, condito testamento. in quo filiā suā Mariā vniuersalē scripsit heredē, ex quo testamēto dicta Maria hereditatē paternam adiuit, & debita patris cœpit dissoluere. Verum postea venit dicta Anna filia Margarethę renunciatę, & à Maria filia Wilhelmi petiit portionē competentē ex hereditate auita, quasi per mortem VVilhelmi auunculi sui exciterit casus reseruationis memoratæ, in quē apertus sit ei regressus ad bona Aui. Sed m. Maria conuenta hoc negat, ex quo dicta Margaretha decesserit ante conditionis euentum, & ex quo ipsa sit proxima heres patris sui, & quidem ex testamento, prout latius continetur in articulis hinc inde factis, & deductionibus aduocatorum. *Quaeritur quid iuris?*

Christi Redemptoris nostri clementissimi diuino implorato auxilio, resolutio quęstionis propositę potissimū dependet ab intellectu reseruationis circa renunciationem iuratam

ratam

ratam per dictam Margaretham annexæ. Atq; videtur sanè prima facie Actricem in hac causa obtinere non posse, nec debere. Primò, quod ex conceptione dictæ reseruationis apparet, quod cogitatum fuerit tantu de illo casu, quando vel ambo filij dicti E. morerentur, viuentibus parentibus, vel si post mortem eorum sine prole decederent. Quod euidenter ostendunt illa verba: So soll der vielgenannten Margarethen vnd jhren Erben obgemelter Verzig keinen Schaden bringen/was sie zu Vätterlichem/Mütterlichem/vnd Brüderlichem Gut Gerechtigkeit hat / oder haben möcht. Sed ille casus non euenit. Nam ipsa Margaretha defuncta est longe ante fratrem suum Wilhelmum, ita quod respectu istius Actricis non possit dici hereditas paterna, materna, vel fraterna, sed auita, vel verius auunculi, de qua verba reseruationis non loquuntur, & inter tales hereditates multum interest, vt patet *in l. Iurisconsultus. de grad. affinit.* Ergo Actrici filiæ dictæ Margarethæ ad illa bona non competit regressus. Quia in dubio verbis inhærendum est, ex quo voluntas hominis non præsumitur à verbis aliena. *l. Labeo. §. item Tubero. de supellect. leg. l. Nepos de V. S.* Iason *in l. si ancillas. in fin. de legat. 1.* Decius *in l. semper in stipulationib. n. 3. de R. I.* Et virtus sermonis non porrigitur ad id, quod verbum non sonat, vt tradit Bald. *in consil. 490. col. 2. lib. 1.* & Crauet. *cons. 20. n. 2. in 1. part.* Vnde cum verba reseruationis sonant ad hereditatem paternam, maternam, fraternam, non porriguntur ad hereditatem auitam, vel auunculi.

Secundo verba dictę reseruationis concepta sunt singulari numero: Ibi. Was sie Gerechtigkeit hat. Item per pronomen Sie/id est ipsa Margaretha, q̃ dispositionem pręcedit. Gl. *in §. fuerat verb. cum ipsa. Institut. de Actionib.* & Zasius *in cons. 8. n. 1. lib. 1.* Et est pronomen demonstratiuum, propter q̃ conuentio & reseruatio illa dicit̃ personalissima, & p̃sonas, & casus nominatos nõ egreditur, per *text. in l. qui liberis. §. hac verb. de vulg.*

de vulg. & pupil. s. ibi. l. sciendum. de V. S. tradit Bald. *in consil. 304. n. 1. volum. 5.* Alexand. *consil. 56 sub. n. 1. vol. 1.* Atque hoc tanto magis, quia illud pronomen *IPSA* relatiue sæpius repetitur: Ibi. So soll der vielgenannten Margarethen/ꝛc. Was sie Gerechtigkeit hat/ ꝛc. Item. Als ob sie gar keinen Verzig gethan hette. Nã quoties in vna dispositione idem verbum reperitur pluries & sæpius, tunc apparet de mente disponentium, quod non velint extensionem fieri ad aliã personam, vel casum, quàm nominatum in dispositione. Licet alias materia de sui natura sit proportionabilis aliis, vt est Text. & Gl. *in clement. 1. extr. de iur. patron.* Dominic. de S. Gemin. *c. duobus in verb. primo præ sentauerunt. col. 6. de præscript. in 6.* Cum quo etiã transit Phil. Franc. *num. 10.* Cum igitur reseruatio semper loquatur de iure competituro ipsi Margarethæ, ac de hereditate paterna, materna, fraterna, quarum nulla ei delata fuerit effectualiter, vtpote quæ renũciata erat propter masculos, & masculi eam superuixerunt. Sequitur quod filia dictæ Margarethæ Actrix non possit partẽ hereditatis auitę obtinere. Nam casus omissus relinquitur in dispositione iuris communis *l. commodissime. de liber. & posthum. l. extraneas. de condict. ob caus. l. si cum dotem. sol. matrim.* Secundum quod dicta Actrix, quæ nepos ex sorore est, dicti Wilhelmi vltimo descendentis non potest admitti cum eius filia *iuxta Auth. in successione. C. de suis & legitim.* & ex aliis causis infra deducendis.

Tertio idem suadetur ex eo, quod filia alioquin semel exclusa per masculum, perpetuo censetur exclusa, etiam deficientibus postea masculis, vt tradit Bart. *in l. fin. §. 1. ad Tertull.* Bald. *in Auth. sed et si quis col. 3. C. de secund. nupt.* Alex. *consil 2. col. fin. & consil. 20. n. 1. vol. 1.* Socin. *consil. 5. cir. fin. & consil. 9. nu. 1.* Dd. late. *in l. Gallus. §. & quid si tantum. de liber. & posth.* Ias. *in l. si arrogator. n. 22 de adopt.* Vnde in casu nostro memorata reseruatio valde fuit necessaria, cum dicta Margaretha tunc duas haberet sorores innuptas, nec renunciatas. Etenim si contigisset

gisset ille casus, quod parentes atq; etiã fratres defuncti fuissent, nulla relicta puella, ipsa Margaretha renunciata vel eius heredes nequaquam potuissent succedere vltimo fratri morienti, apud quem omnia bona parentum reperiebantur, sed exclusa penitus fuisset à cæteris sororib. suis nõ renunciatis, vt in specie tradit Matth. de Afflict. *dec. 161. in fin.* Robert. Marant. *in disp. sua. 10. n. 29.* Paris. *cons. 26. n. 27. 29. & 38. vol. 3.* qui plura allegant. Hæc igitur videtur causa fuisse dictæ reseruationis, ne dicta Margaretha in illum casum excluderetur à sororibus suis. Et secundum hæc rectè verificabuntur illa verba reseruatoria, ad bona paterna, materna, fraterna. Sed iste casus non euenit, & Wilhelmus vltimo decedens reliquit filiam, quæ suo iure succedit in omnibus bonis, exclusis collateralibus *d. Auth.*

Quartò facit, quod Wilhelmus filius dicti E. exclusa sorore Margaretha, hereditatem patris adiuit, per quam aditionem confusum fuit patrimonium. Ita quod non amplius hereditas patris, sed verum, & vnum patrimonium filij dicebatur. *§. 1. Instit. Quib. ex caus. man. non licet. & §. 1. de hered. qual. & d. ff. l. sed si plures. §. filio. de vulg. & pupil. subst.* in quib. locis Dd. & Ias. *in l. 3. §. veteres. n. 17. & 18. de acq. possess.* Vnde in consolidato patrimonio, vtiq; potior erit quoad successionem, filia Wilhelmi, quam illa neptis ex sorore, quæ iam Actricis loco est.

Quinto facit, quia portio dictæ Margarethæ per Renunciationem exclusæ videtur accreuisse cæteris fratribus suis, quorum contemplatione renunciauit, vt tradit Bald. & alij *in l. 1. C. quan. non petent. part.* Dyn. *in cons. 6. n. 4.* Alex. *consil. 149. n. 1. & 2. vol. 7.* Paris. *cons. 26. n. 31. & 39. vol. 3.* Nicol. Boër. *dec. 104. sub n. 3.* Et apparet euidens ratio. Nam cum filia renunciata non possit succedere, vtique portio eius pertinet ad alios fratres iure accrescendi *d. l. 1.* Gl. *in l. 1. §. videndum. de success. edict.* Quare cum portio d. Margarethæ semel accreuerit

fratri suo Wilhelmo, consequens est, quod filia d. Margarethæ ad illam portionem amplius non admittatur, nisi d. Wilhelmus discessisset penitus sine liberis: tunc enim succedere posset, non virtute redintegrationis, sed quia non haberet obstaculum aliud in gradu. Ita notanter voluit Angel. *in consil. 52.* D. Ziglius *in fin.* Verum d. Wilhelmus reliquit filiam in hac causa ream, propter quod ista limitatio non habet locum. Porro licet videri posset Actricem esse rursus admittendam, pro portione, quæ competitura fuisset matri suæ Margarethæ, ex quo verba Renunciationis etiam sunt concepta in personam suam: *Ibi.* So soll der vielgenannten Margrethen / vnd jhren Erben/ꝛc. Tamen illa verba videntur habere alium sensum, & apposita fuisse causa dubitationis tollendæ, vel tanquam abundans cautela, quæ non nocet. *l. qui mutuam. Mandati. l. quæ dubitationis de Reg. Iur.* nempe si fortassis vltimus filiorum sæpè dicti Ernfridi, qui fuit Wilhelmus, decederet sine liberis ante dictam Margaretham renunciatam, & ipsa Margaretha, hereditate nec dum adita. Quo casu videri poterat cum hereditas fraterna dicitur extranei nec sorori debeatur. *l. fratres. C. de inoff. testam.* Et hereditas non adita non transmittitur ad heredes. *l. vnica. §. in nouissimo. C. de caduc. toll.* Ideo partes expresse iuxta pacta dotalia disposuerunt, quod & Margarethæ & eius heredibus debeat patere regressus ad fraternam hereditatem. Nam paterna aut materna amplius appellari non poterat, propter consolidationem, & ius accrescendi, prout supra diximus.

Sexto quando in dispositione duo requiruntur conditionaliter, non sufficit alterum extitisse, sed vtrumque requiri. *§. pen. & ib. Dd. Instit. de hered. instit. l. si heredi de condit. instit.* Alciat. *in resp. 554. num. 1.* Sed in dicta reseruatione duo copulatiue videntur requiri cum conditione. Primo, quod omnes filij d. E. decesserint sine filiis ex se natis, secundo

cundo quod eo tempore ius quoque competat ipsi Margarethæ. *Ib.* dum dicit: Was sie Gerechtigkeit/ꝛc. Verum dicta Margaretha decessit ante fratrem VVilhelmum, & sic ius ei ad eius hereditatem, & consolidatum patrimonium non competiit, adeoque altera pars conditionis deficit. Ideo nunc filia d. Margarethæ non potest effectualiter portionem matri competituram obtinere. Ad quod facit *c. non præstat. cum ibi not. de R. I. in 6.* Et ius quod ipsamet Margaretha non consecuta est, vtique non potuit transmittere ad filiam. *l. vn. §. fin autem. C. de caduc. toll. l. cum antiquiorib. C. de iur. deliber. l. nemo plus. de R. I.*

Septimo posito, quod in verbis dictæ reseruationis aliqua maneret dubitatio, tunc interpretatio facienda esset contra Actricem filiam d. Margarethę, ad cuius commodum tendebat reseruatio, & in cuius potestate erat apertius reseruationem concipere. *iuxt. l. veterib. de pact.* Alex. *consil. 106. nu. 6. vol. 4.* Socin. *consil. 73. nu. 11. vol. 1.* Decius *cons. 171. nu. 5.* Gozadin. *consil. 65. n. 6. cum simil.*

Octauo à tempore mortis Ernfridi, atque adeo à quo dictus VVilhelmus hereditatem patris sui, atque etiam fratris legitimè adiuit, lapsi sunt plures quam triginta anni. Ita vt consolidatio patrimonij, & portio; quæ alioquin d. Margarethæ competitura erat, cursu longissimi temporis, antequam ista causa agitari cœpta sit, videatur præscripta, & petitio huius neptis Actricis iure sublata esse. *iux. l. sicut. & l. omnes. C. de præscript. 30. annor. c. ad aures. extr. de præscript.*

Nono constat, quod dictus VVilhelmus condiderit testamentum, in quo vniuersalem heredẽ scripsit filiam suam Mariam, quę patris hereditatem adiuit ex testamento. Vnde iam neptis illa ex sorore ad portionẽ matris suæ velut redintegratam aspirare non potest. Res enim nõ mansit in eodem statu. Et quælibet dispositio intelligitur cum clausula, *Reb. sic stantibus*, vt latè per Ias. *in l. quod Seruius. col. 3. n. 8. de cond. ob caus.*

Et cum adsit testamentum, de causa intestati non curatur. *l. quamdiu. de R. I.* Decimo ista Actrix videtur solum quærere lucrum, & illud repetere, cui mater eius renunciauerat. Ideo contra d. Mariam filiam non videtur audienda, ex quo ipsa nō intendit quærere aliquid noui, sed solum retinere ea quæ patri suo dudum fuerunt quæsita. Retentio autem longe facilius conceditur, quam de nouo petitio. *l. 2. & ibi Bald. in 3. Notab. C. de Fideicommiss. c. intelleximus. extr. de iudic. & in c. cum inter. de Rescrip.*

Supra dictis autem omnibus, & similib. quę adduci possent, minimè obstantib. sine dubio arbitramur, dictam Actricem in hac causa portionem auitam repetentē potiores partes & iustitiam fouere, & pro ea pronunciandum fore. Quod ex seqq. planum fiet.

Primo extra controuersiam ponimus, quod pactum de successione futura conseruanda, de iure valeat, prout hoc pleniss. prosequuntur Dd. *in l. stipulatio. de V. O. & in l. fin. C. de pact.* Et in specie nostra, quod filia, quæ excluditur propter masculos, possit circa dotalia pacta ius succedendi sibi reseruare, tradit Guil. Bened. *in repetit. c. Rainutius. sup. verb. duas habens filias. num. 219. extr. de Testam.* Et magis in terminis, quod renunciatio facta per filiam dotatam cum iuramento, in qua sibi reseruauit ius succedendi, si contingat fratres suos decedere sine filiis, debeat inuiolabiliter obseruari, tenet Petr. de Anchor. *consil. 433. sub num. 4.* Decius *in consil. 379. num. 2. & 8.* Roll. à Vall. *consil. 26. num. 35. volum. 3.* At reseruatio illa per d. Margaretham renunciationi annexa, absque dubio fuit iuris sui conseruatiua. *l. at si quis. §. plerique. de relig. & sumptib. fun. l. 3. §. 1. Quib. mod. pign. solu. l. 3. §. pen. de liber. hom. exhib. l. pen. de aqu. quot. & æstiu. c. Pontifices. 6. q. 1. cap. cum nihil cum scandalo. extr. de præscrip.* Ergo si non alia lege passa est soror ius suum transire, nisi tali freta conuentione, & reseruatione, non est ferendum aliquam captionem pati eam ex varia

ria interpretatione, vt dicit text. *in l. fin. C. de pact. int. emp. & vendit.*

Secundo patet ex forma d. renunciat. quod illa fuit conditionalis, vsq; ad certum tempus & casum restricta, sc. donec supersint filii Ernfridi, & si filii d. E. post se relinquant filios masculos. Ergo & illa conditione, & casu deficiente, hoc est prout iam defecit, ius d. Margarethę & heredum eius fuit quoad competentem portionem redintegratum, vt tradit Bart. *in l. fin. in 1. quæst. ad Tertull.* Bald. *in tit. Episcop. vel Abb. as. §. 1. vers. 2. nota. cum infinit. concord. congestis*, per Maria. Socin. iun. *in consil 1. n. 1. vol. 1.* ad quem breuitatis causa nos remittimus. Et hoc Argumentum iunctum præcedenti sine dubio vrget.

Comprobatur Tertio, quia in iure nostro procedit argumentum à cessante causa vel ratione pacti, vel statuti, *l. quod dictum. de pact. c. cum cessante. extra de Appellat.* & in materia nostra pulchre Abb. *in consil. 92. col. fin. in 2. part.* Guil. Bened. *in c. Rainutius. sup. verb. duas habens filias. n. 141. de testam.* Ratio autem dictæ reseruationis fuit fauor masculorum, per quos familia conseruatur, & dignitas eius per diuitias. Sicuti etiam hæc vnica est ratio statutorum excludentium fœminas, extantib. masculis, quod ipsum cumulatiss. quoq; probat Socin. iun. *d. consil. 1. n. 38.* vbi videri potest. Et effectus verborum pacti, seu statuti semper trahitur ad limites rationis, non è contra *arg. l. nomen. §. fin. de legat. 3.* Vnde cum in casu nostro defecerint Masculi descendentes, ratione pacti dicta Margaretha admittenda est. Et quamuis illius Regulæ plures tradantur fallaciæ, de quib. plene per Dd *d. c. cum cessante.* Tamen in casu nostro res nimis est euidens. Nam d. renunciatio Margarethæ insertam habet conditionem resolutiuam per dictionem, *Si* vel *nisi.* Es were denn sach / quo casu dicitur esse causa finalis, qua cessante, cessat dispositio, vel renunciatio, vt per Bart. *in l. 2. in fin. de donat.* Dd. *in l. 2. §.*

 quodsi

quodsi in patris. solut. matrim. Iason *in l. à Titio. in 2. not. de verb. oblig.* Gozadinus *consil. 2. n. 16. & consil. 40. nu. 13.* & Crauet. *consil. 177. sub n. 10.*

Quarto adhuc magis specifice comprobatur, quia ad indicandos casus exclusionis potissimum attenditur intentio patris elocantis atq; dotantis filiam & renunciationem exigentis, vt tradit Aretin. *in l. qui superstitis. col. 4. de acquir. hered.* Gemin. *in c. quamuis. col. fin.* & ib. Philip. Franc. *col. 4. de pact. in 6.* & Paris. *consil. 26. num. 23. in vol. 3.* concludentes hoc totum pendere ab intentione & verisimili mente patris recipientis renunciationem. Hinc etiam videmus, quod dispositio ita debeat interpretari, vt prosit illis, quibus auctores eius prouidere voluerunt, non illis, quibus prouidere noluerunt, vt in simili tradit Paul. de Castr *in consil. 52. col. 1. vol. 1.* Crauett. *consil. 118. nu. 25. in 1. parte.* Hinc etiam Bald. dicebat, quod filia, quæ renunciauit, non excludatur, nisi supersit persona, quæ ea præsumpta voluntate excludat renunciantem, & ob id non excludatur à fœminis. Quod sequitur etiam Decius. *in consil. 433. num. 2. & consil. 553. num. 9.* Hinc quoque ad casum nostrum infertur, quod Anna Actrix minime excludatur per Mariam filiam d. VVilhelmi. Apparet enim ex verbis renunciationis, quod paciscentes & exigentes eam, voluerint solum loqui causatiue, sc. vt tantum filii masculi filiorum impediant regressum filiæ Margarethæ, eiusq; heredum, non etiam fœminæ. Ex quo in illis non est eadem ratio in mente disponentis. Ita in simili tradit Bald. *in l. quicunq; vol. 3. vers. Sed pone statuto, C. de seru. fugitiu.* & latius Curt. sen. *in consil. 9. col. 4. num. 15.* Quod in casu nostro facilius teneri potest. Cum verba Reseruationis sint longe prægnantiora, atque ita formaliter dicentia: Es were dann sach/daß der vielgenandt E. von B. vnd alle seine Mannliche Leibs Erben / ohn einige Mannliche Leibs Erben abgangen.

abgangen. Quibus tamen verbis paciscentes non fuerunt contenti, sed immediate subiecerunt, Unnd nicht Ehliche Mannliche leibs Erben hinder jhnen verlassen / nimirum vt apertius demonstrarent intentionem suam, quod vellent d. Margarethæ & heredibus eius in illum casum deficientium masculorum reseruare regressum. Accedit, quia posito, quod verba reseruationis non tam clare concepta essent: tamen idem dicendum foret propter verisimilem mentem patris renunciationem exigentis, vt supra diximus. Et per regulam: *Quod qualibet dispositio ita debeat interpretari, prout verisimiliter disponens ordinasset, si de illo casu interrogatus fuisset. l. tale pactum. §. fin.* vbi Gl. communiter approbata ponit concord. *de Pact.* Curt. senior. *consil. 44. col. 1. sub num. 17.* Calcan. *consil. 11. col. 11. num. 24.* Decius *consil. 19. in princ.* Socin. iun. *consil. 28. nu. 7. vol. 1.* Paris. *consil. 71. num. 98. vol. 4.*

Quinto facit, quia d. Margaretha ius redintegrationis conditionaliter sibi competens ex contractu vel pacto transmisit ad filiam suam heredem, non obstante quod ea viuente non fuerit ei delatum *per text. in §. ex conditionali. Instit. de verb. oblig.* Et in terminis nostris tradunt Bart. Socin. *in consil. 147. num. 14. vol. 1.* Crauet. *consil. 127. num. 10. & 12. in 1. part.* Ad quod facit illa vulgaris regula; *Quod quilibet sibi & heredibus suis censetur prospicere. l. si pactum de probat. l. iurisgentium. §. pactorum. de pactis. Bart. in l. si sic. de V. O.* Vnde audienda videtur ista Actrix, quicquid supra adductũ fuerit in contrariũ. Præsertim cum verba reseruationis sint tam ampla.

Quibus sic stantibus, posito, nec tamen concesso, quod istud ius alioquin de iure non fuisset transmissibile, nihilominus per partes paciscentes, perinde ac per testatorem fieri potuisset transmissibile ad heredes ante existentiã

casus vel

casus conditionis.*arg. l. in conditionib. ff. de conditi n. & d. mo n- strat.* Bald. *in l. si pater. in 4. quæst. de hered. instituend. & in l. 1. in 2. not. C. vt act. ab hered.* Iason *in l. nemo potest in 2. lect. n. 44. & seq.* & ibid. Crotus. *n. 43.* & Ripa *n. 59. & seq. de legat. 1.*

Sexto & fortius hoc dicendum est, quia reseruatio expresse concepta fuit quoque in personam heredum. Ibi, **So solle der vielgenannten Margrethen / vnd jhren Erben obgemelter Verzig keinen Schaden bringen.** Ex quo sequitur, quod ista Actrix potuerit etiam habere regressum ad portionem auitam ex persona propria. Alioquin illa verba (**Jren Erben**) nihil operantur, *contra l. si quando. de legat. 1. c. si Papa de priuileg. in 6. cum similib.* vt per Gl. & Dd. *in c. solitæ. de maior. & obed.* Iason *in l. 2. §. creditam. n. 24. si cert. petat.* Cum, vt ante dictum est, etiamsi heredum mentio facta non esset, illud tamen ius conditionale de persona d. Margarethæ ex pacto ad eos transiuisset. Deinde quoq; natura copulæ hoc suadet, dictæ Margarethæ & heredibus suis &c. quæ ponitur inter diuersa *c. querelam. extra. de simo.* Gl & Dd. *in Rubr. de iur. & fact. ign.* copula dispositionem auget. *l. ea tamen. de legat. 3.* Et in terminis Reseruationis dicit Ruin. *consil. 30. n. 3. & 4. vol. 5.* Crauet. *consil. 9. n. 25.* Magis vero in terminis, quod copula, *Et*, posita inter verbum, *filiæ & heredibus suis*, non possit stare restrictiue, & qualificatiue, sed tantum ampliatiue, & augmentatiue, tradit Bart. *in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. col. 1. de oper. liber.* & Paris. *consil. 7. n. 29. & 31. vol. 3.* Vnde sequitur quod ista heres Margarethæ Actrix liberum consecuta sit regressum ad portionem matri suæ competituram, etiamsi casus reseruationis non exstiterit, viuente d. Margaretha. Ad quod facit etiam, quia illa, Et, posita inter verbum, *filiæ* & *heredibus suis*, ita copulat, vt illæ personæ per regressum admittatur ordine successiuo, scilicet si tempore existentis casus superstit Margaretha, veniat ipsa: Si vero non sit superstes, veniant heredes eius, non autem simul, iuxt. not. per Bart. & alios

in l. Gallus. §. quidam recte. de liber. & poſth. Pariſ. *conſil. 40. nu. 1. & 2. vol. 3.* Crauett. *conſil. 22. ſub num. 2.* Non poteſt igitur clauſula d. Reſeruationis intelligi in eo ſenſu, ſi dicta Margaretha caſum reſeruationis ſuperuiuat, vt pars rea interpretatur. Tunc enim heredes Margarethæ non admitterentur. Sed ex quo etiam heredibus eius reſeruatur regreſſus clarum eſt, quod vocati cenſeantur demum poſteaquam d. Margaretha de medio eſt ſublata ante exiſtentiam illius caſus.

Septimo facit, quia etiam in contractibus inter viuos poſſunt fieri ſubſtitutiones. *l. vt heredib. de legat. 2. l. quoties. in fi. C. de donat.* Bald. *in conſil. 249. col. 2. lib. 2.* Paul. de Caſtr. *in conſil. 384. ſi quæritur. vol. 1.* Crauet. *conſil. 19. nu. 8. & 9. in 1. part.* Et per hoc etiam liberis naſcituris acquiri ius poteſt, *l. Gallus. §. ille caſus.* vbi Dd. *de liber. & poſth.* Crauet. *d. conſil. 19. num. 10.* Et hoc præſertim quando pater cum filia contrahit, vt hic in pactis dotalibus. Cuius alioquin ſola voluntas ſpectatur, quoad diuiſionem bonorum ſuorum inter filios, & iudicium loco teſtaméti habetur *l. filii patris. l. ſi cogitatione. & l. fin. C. fam. erciſc.* & habetur *in l. hac conſultiſſima. § ex imperfecto. C. de Teſtam.* pulchre Bald. *in conſil. 70.* quando ſapienter *col. 1. vol. 4. ſecund. antiq. impreſſ.* Vnde videtur, quod d. reſeruatio in pactis dotalibus adiecta, in caſum, ſi omnes fratres d. Margarethæ decederent ſine filiis maſculis, operetur ſubſtitutionem quandam in certa quota hereditatis, hoc eſt, heredes d. VVilhelmi vltimo defuncti ſine maſculis cenſentur rogati per fideicommiſſum reſtituere competentem portionem hereditatis d Margarethæ, aut eius deſcendentibus, vt reſeruatio valeat ſaltem eo modo, quo fieri poterit. *l. quoties de verb. oblig. l. quoties de reb. dub.* Ita in ipſiſſimis terminis noſtris dicit Crauet. *in conſil. 127. ante num. 12.* pro cuius confirmatione facit, quod per vnum quoque verbum, ſignificans ſen-

ſum, voluntatis fideicommiſſum relinqui poſſet, *vt l. 2. C. commun. de legat.* Et fideicommiſſum inducitur ex ſolis coniecturis. *l. cum proponebatur. de legat. 2.* Atque fit etiam ab eo, qui inteſtatus eſt mortuus. *§. præterea. Inſtit. de fideicommiſ. hered.* Præterea d. Reſeruatio habet tractum temporis ſaltem quoad perſonas, in ea nominatas, & d. Margaretha & heredes eius vocati ſunt ordine ſucceſſiuo, & poſtquam fratres eius hereditatem adiuerunt. Vnde intelligitur hoc iure fideicommiſſi, iuxta Gl. & ib. Dd. *in l. in teſtamento. C. de teſtament. milit.* Socin. *conſil. 22. num. 7. in 1. part.* Proinde ſatis commode hic applicari poteſt doctrina Bart. *in l. cum auus. num. 4. de condit. & dem.* vbi quærit, ſi pater grauauit filium reſtituere hereditatem, vel partem eius, ſi deceſſerit ſine filiis maſculis, an ſubintelligatur vel fœminis, hoc eſt, an extiterit caſus fideicommiſſi, ſi relinquat ſolum filias fœminas? Et concludit quod ſic, cum quo tenent Dd. Angel. & alii *in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ad SC. Trebell.* Quare cum euidenter appareat ex verbis ſæpe d. Reſeruationis, quod pater Ernfridus voluerit filiam Margaretham & heredes eius habere regreſſum ad competentem portionem hereditatis. Si contingat omnes eius fratres decedere ſine filiis maſculis, ſane hoc inuiolabiliter ſeruandum eſt, ſiue propter pactum, ſiue propter fideicommiſſum, non obſtante quod d. VVilhelmus reliquerit filiam, pro vt ſupra deductum eſt.

Octauo pro hac parte bene ponderanda ſunt illa verba pacti circa reſeruationem: **So ſolle Margrethen / vnnd jhren Erben obgemelter Verzieg keinen Schaden fügen noch bringen / in gleicher Weiß alß ob ſie gar vnnd gantz nicht verziegen were noch Verzieg gethan hätte.** Quæ ſunt declaratiua per ſimilitudinem ad caſum non factæ renunciationis. Sed ita eſt, ſi d. Margaretha non renunciaſſet hereditati pater-

paternæ, maternæ, fraternæ, quod vtique successisset æqualiter cum cæteris filiis Ernfridi patris. *l. maximum vitium. C. de liber. præter. cum similibus.* Ergo etiam postquam renunciauit adiecta conditione reseruationis, existente illo casu, heredes eiusdem Margarethæ æque vocantur ad portionem, quam mater eorum habitura fuisset, si non renunciasset. Nam si non renunciasset, suam portionem accepisset, & in ea postea successisset ei filia eius Actrix.

Nono dicimus, quod Renunciatio per se stricti iuris est, & in ea non veniunt nisi expressa. Et ea limitata, limitatum producit effectum, maxime quoad personas. Eapropter cum appareat, d. Margaretham renunciasse in fauorem fratrum suorum tantum atque vt nomen & familia eorum conseruaretur, quæ per filiam vltimi decedentis Ream conseruari non potest, aut potuit, & de qua ne verbo quidem mentio fit in renunciatione, certe secundum reseruationem d. Margarethæ per regressum admittenda fuit heres eius. Ita in terminis nostris tradit Paris. *consil. 12. num. 90. & seq. vol. 1. & consil. 12. num. 94. vol. 2.* ad cuius allegata nos remittimus.

Decimo & vltimo, quia iuxta rationes multum quoque valet auctoritas, addimus, quod casum nostrum in terminis ita quasi extra magnam dubitationem positum decidit quoque Vdal. Zasius *in consil. 1. lib. 2. n. 2.* vbi *in 2. col.* refert verba formalia Renunciationis & reseruationis filiæ, plane per omnia nostris similia, & deinde *num. 29.* resoluit, & casum nostrum in terminis quoque ita decidit Crauet. *in consil. 127. num. 3. & 4.* Qui pariter à principio Renunciationis, ac reseruationis verba præmittit, vt ibid. videre est.

At hanc partẽ conclusiue tenendo, non obstant superius allegata in contrarium. Nam dum primo dicebatur, quod in

N 2. dubio

dubio verbis sit inhærendum, & quod amplius dici nō possit hereditas paterna, materna, fraterna, ad quam d. Margarethæ fuerit reseruatus regressus. Ad hoc respondetur, tunc inhærendum esse verbis, quando non apparet quid actum sit, *vt d. l. semper in stipulationibus. de Reg. iur.* Sed in casu nostro clare constat, quid actum fuerit, vt supra deduximus, iccirco non oportet nos captare verba, **Was sie zu Vätterlichem/ Mütterlichem / vnd Brüderlichem Gut gerechtigkeit hat.**

Secundo responderi potest, & argumentum hoc retorqueri in contrarium. Etenim si verbis inhærendum absq; dubio tam heredibus, quam ipsi Margarethę regressus competit; cum ita expresse dicant verba.

Tertio dicimus, quod verba dispositiua, & quod principaliter agitur sit attendendum, *l. si quis vbi Dd. si cert. petat.* Sed verba dispositiua in casu nostro sunt ista: **So solle der vielgenannten Margrethen vnd jhren Erben obgemelter Verzig keinen schaden fügen noch bringen / in gleicher weiß als ob sie gar vnd gantz nicht verziegen were.** Quæ verificari non possunt, nisi etiam admittantur heredes d. Margarethæ. Alioquin certe, vel ipsi Margarethæ, & heredibus eius dicta renunciatio præiudicialis & damnosa esset, quod prohibent omnino paciscentes. Cætera vero verba non sunt principaliter dispositiua, sed modalia, & declaratiua portionis, hoc est non indifferenter reseruatur eius regressus, cum etiam sorores haberet Margaretha, & fratres possent relinquere filias fœminas, quibus de iure, aut portione sua nihil detrahitur, sed ad illam portionem admittuntur, quæ ipsi Margarethæ competeret, vel competere posset. **Was sie zu Vätterlichem Mütterlichem vnd Brüderlichem Gut gerechtigkeit hat/oder haben möcht.** Quæ vltima verba in specie ponderanda sunt: **hat oder haben möcht** / hoc est, si tempore euenientis casus Margaretha viueret. Itaq; heres eius post mortem eius ad eandem partem vocatur, non ad maiorem vel minorem.

Quarto

Quarto respondemus, ex quo heredum expressa mentio fit in reseruatione, quod alius sensus verborum admitti non possit. Quia impossibile est, eandem partem esse Margarethæ, & filiarum eius. Et ob id respectiue sunt verba intelligenda. Vocantur ergo heredes Margarethæ ad eam partem, quæ ipsi Margarethæ de paternis & maternis competitura esset si viueret, & sic subintrant in locum matris suæ.

Quinto hoc satis ex alio conuincitur. Nam si dicta verba captabimus, tunc reseruatio erit illusoria, etiam quoad ipsam Margaretham: collata enim fuit in tempus, posteaquam parentes, & fratres eius decessissent, quo tempore bona nec paterna nec fraterna amplius dicuntur, & tradunt Dd. *in Rubr. Instit. de Testam.* Ex quo mors soluit omnia. §. *deinceps in Auth de Nupt.* Et ita in terminis nostris ponderat Corneus *consil. 291. ante n. 13. vol. 4.* Viuente autem patre, d. filiæ & eius heredibus nequaquam potuit competere regressus ad bona parentũ suorum Quoniam ipsa renunciatio eius collata in tempus, quo hereditas & defertur, & hanc habet tacitam conditionem, si hereditas ei fuit delata, & quod non potest contingere, nisi post mortem parentum. Ea verò sic delata in continenti propter renunciationem habetur pro abdicata. Si verò non fuerit delata, eo quod filia prior decesserit, tunc renunciatio habetur pro non facta, neq; filiis eius seu nepotibus nocere potest. Vt per multa tradunt Paris. *in consil. 69. num. 63. volum. 3.* & Rol. à Valle *in consil. 11. num. 2. 4. & 5. volum. 1.*

At in proposita specie euenit prior casus, sc. quod d. Margarethæ delata fuerit hereditas parentum, & sic renunciatio habuit effectum, & bona vniuersa peruenerunt ad fratrem suum. Ergo reseruatio illa pro se & heredib. eius facta in casum, si fratres decederent sine filiis masculis, non potest intelligi, nisi quoad portionem sibi competentem, non facta renunciatione de illis bonis, quæ à parentibus suis ad

fratrem peruenerunt, non autem strictè, de paternis, maternis, fraternis, vt supra in contrarium fuit allegatum, captanda verba. Atque cum verba dictæ reseruationis sint clara, non est admittenda cauillatio vel subtilitas impertinentium intellectuum. *l. non aliter. de legat. 3. l. quicquid in 3. resp. de verb. oblig.* Et ita in terminis nostris dicit Zasius. *d. consil. 1. nu. 79. lib. 2.* Ex quibus primum argumentum contrarium abunde dissolutum est, & per hæc sufficienter quoque responsum est ad secundum argumentum contrarium, quia vertitur in ponderatione eorundem verborum. Nec enim refert, quod illa verba, Was sie zu Vätterlichem/ꝛc. Gerechtigkeit hat/ oder haben möcht / sint concepta in singulari numero, & per pronomen demonstratiuum. Quia non sunt principaliter dispositiua, vt supra diximus, sed per modum declaratiua portionis competentis, vel competituræ. Neq; hic fit extensio, cum expressissimè in casum deficientium masculorum vocentur Margaretha, & heredes eius.

Tertium argumentum pariter non vrget. Quia potuit ille quidem casus considerari, & propterea vtilis esse reseruatio. Sed principaliter facta fuit in casum deficientis lineæ masculinæ, in cuius fauorem facta erat Renunciatio. Sic etenim verba eius sonant geminata, & in fauorem vel contemplationem fœminarum nullo modo.

Non obstat etiam quartum, & quintum, nimirum quod per aditionem fratrum confusum fuerit patrimonium, ipsisque propter renunciationem sororis accreuerit, & desierint tunc bona paterna appellari. Quia hoc non est verum simpliciter, nec perfectum fuit aut consummatum, sed positum sub conditione, vel suspensiua, vel resolutiua, in casum deficientiũ masculorum, & sic ius accrescendi seu consolidationis perfecte non potuit procedere, propter spem euenturi casus, pacti, aut fideicommissi, de quo supra diximus, cum conditio nihil perfectè ponat in esse, vt per Dd. *in l. 1. de condit. &*

dit. & dem. & in l. ſi quis ſub conditione. Si quis omiſſ. cauſ. teſtam. & in §. ſub conditione. Inſtit. de verb. oblig. Et ius accreſcendi non habet locum, niſi in parte abſolute vacante, vt per Dd. *in Rubr. l. 1. Quand. non petent. part. & in l. re coniuncti. de legat. 3. & in §. heres. Inſtit. de hered. inſtitut. cum ſimilib.*

Non obſtat etiam ſextum. Quia illa verba, Was ſie Gerechtigkeit hat oder haben möcht / non implicantur per copulam, vt patet ad oculum, ſed per declarationem portionis, cuius ſenſum ſupra explicauimus.

Nec obſtat ſeptimum. Quoniam verba Reſeruationis neutiquam ſunt dubia, ſed clariſſima, vnde contrariam interpretationem non recipiunt.

Octauum argumentum, de præſcriptione longiſſimi temporis inane eſt. Quia ante euentum caſus, nec dicta Margaretha, nec heredes eius de iure potuerunt agere, vt quibus adhuc obſtabat Renunciatio. Et ea exceptione repelli poterant. Ideo abſque nulla dubitatione hic locum habet regula: *Quod in rebus ſub conditione debitis, & contra eum qui vel exceptione repelli, vel prorſus non poteſt agere, non currat aliqua præſcriptio. l. cum notiſſimi. §. llud. & l. ſicut. in fin. C. de præſcript. 30. ann. l. 1. in fin. C. de Annal. Except. cum ſimilib.* vt plenè per Bald. *in Tract. de præſcript. in 1. part. quart. part. princip. nu. 16. n. 20. & ſeqq.*

Non obſtat etiam nonum, quod d. VVilhelmus vltimo decedens fecerit Teſtamentum, & vniuerſalē heredem ſcripſerit Mariam filiā in hac cauſa Ream. Quia reſpondetur, quod hoc teſtamentum reſpectu portionis, ad quā propter defectum maſculorum d. Margarethæ, & heredibus eius aperiebatur regreſſus, non potuerit valere. Cum illa portio non eſſet mere propria ipſius VVilhelmi, per ea quæ not. Bart. *in l. 1. C. de SS. Eccleſ. l. ſi domus. §. ſi fundus. de legat. 1.* Et Regula eſt, quando ex pacto vel contractu alicui tertio eſt ius quæſitum re vel ſpe, quod à contractu illo non

non possit recedi in præiudicium eius, nisi eo consentiente. *l. fin. de pact. l. si p. st mortem. §. fin. de bonorum possess. contr. Tabul.* not. Bart. *in l. qui cum Roma. §. Flauius. de verb. oblig.* & Bald. *in l. si constante prope fin. C. de donat. ant. nupt.* Et licet forte parentes d. Margarethæ non obstante sæpe d. pacto & reseruatione potuissent de vniuerso testari, vt voluit Zasius *in d. consil. 1. n. 80. & seq lib. 2. & argum. l. fin. C. de pact. & l. si quis in principio testamenti. de legat. 3. cum vtrobiq; not.* & ex quo per reseruationem nullum ius nouum tributum fuit filiæ, respectu parentum: Tamen ipse Wilhelmus frater in præiudicium illius pacti, & reseruationis testari non potuit, per Regul. proxime citatam,

Et quia respectu eius aliud ius acquisitum fuit sorori, & heredibus eius, & portio Margarethæ competens quantacunq; esset, subiacebat restitutioni post mortem Wilhelmi decedentis sine filiis masculis. Ideo nec per testamentum, nec aliter in præiudicium d. Margarethæ, & heredum eius alienari poterat, vt est casus appositus *in c. Raynald.* & ibi Dd. *de Testam. l. fin. §. sed quia nostra Maiestas in fin.* Vbi in terminis dicit de herede absurdum esse & irrationabile, rem quam in suis bonis pure non possidet, eam ad alios posse transmittere siue transferre, & alienam spem decipere *Auth. Res quæ.* & ib. Dd. *C. commun. de legat.* Roland. à Vall. *in consil. 70. col. fin. vol. 3.* Late in simili casu Crauet. *in consil. 19. n. 4. & 5. in 1. parte.*

Excipiuntur enim in Testamento illa bona, quæ post mortem Testatoris finiuntur esse, vt latius ibi per Crauett. *consil. 19. n. 13.*

Non obstat quoq; vltimum, quod Rea certet solum de damno vitando, & retinendo suo. Quia hoc falsum est, vt patet ex p̃dictis. Nec enim patri eius Wilhelmo illa portio perfectè fuit acquisita, ideo non retinere sed acquirere velle Ream constat, vt late pulchreq; in terminis ostendit Socin iun. *in consil 1. n. 57. 74. 78. & seq. vol. 1.*

Ex quibus omnibus concludimus, partes iudicis fore, vt pro-

vt pronunciet in fauorem Actricis, vel eius heredum, condemnando Ream ad petitam portionem, &c. LAVS DEO.

Nos Decanus cæteriq; Doctores Collegij Iuridici in alma Vniuerſitate Ingolſtadienſi, vt ſupra deductum & concluſum eſt, iuris eſſe cenſemus, ſaluo tamen quorumcunq; rectè ſentientium iudicio. Et in horum fidem ſigillum facultatis noſtræ appendi fecimus. Actum in Senatu noſtro 20. Februar. Anno 1573.

CONSILIVM II.
IVRIDICÆ FACVLTATIS TVBINGENSIS.

Quot & quibus modis renunciationes filiarum reſcindi poßint, & debeant.

Chriſti Nomine humiliter implorato.

IN cauſa, quæ agitata fuit inter Sophiam de Landau, & Equitem Dominum Caſparum Schenk, de Schenkenberg, tametſi varie hinc inde vagentur litigatores vtrinque: Noſtro tamen iudicio, caput negotij in hoc conſiſtit. Cum dicta Sophia puella, coram Prouinciali iudicio Imperatoris noſtri, in Burgrafiatu Norimbergenſi, tam paternæ, quam fraternæ hereditati (habuit autem quinque fratres) renunciauerit, idq; iuriſiurandi intercedente religione, anne hoc iuramento in tantum adſtringatur, vt ad eius obſeruantiam de iure adigatur, præcluſo illi aditu ad omnia paterna & fraterna bona?

Circa quod inprimis ſcire conuenit, quod ſecundum iura Cęſarea decidendo hanc controuerſiam nihil foret pugnæ, ex quo leges ciuiles talem renunciationem diſerte improbant, *l. pactum dotali. C. de collat. l. ſi quando §. illud. C de inoff. teſtam.* Dd. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta. de verb. oblig.* adeo vt

O iura-

iuramento confirmari non posset, vt Gloss. *in d. l. pactum dotali.* Gl. *fin. l. qui superstitis. de acquir. hered.*

Verum longe aliter res habet de iure Canonico, quod circa materiam iuramenti solum est seruandum. *c. fin. de foro. comp. lib. 6. c. 2. de iureiur. lib. 6 c. nouit. ext. de iudic. gl. in c. possessor. de reg. iur. in 6.* Etiam in foro seculari, etiã inter Laicos, eo quod de pacto agitur, vt Dd. *in c. quamuis. de pact. in 6.* Vnde Petr. de Anchor. *ibid.* dicit, quod in omnibus contractibus, in quibus interuenit iuramentum, possit Laicus conueniri coram iudice Ecclesiastico, ratione iuramenti, & addit se sæpissimè ita practicasse. Quem referunt, & sequũtur Dom. de S. Gem. & Philip. Franc. *ibid.* Inde etiam est, quod dicitur vulgo, iuramentũ interpositum super contractu tria operari. Primo. n. validat contractum, qui alias non valeret, *vt per Auth. Sacramenta puber. C. si aduers. vendit. d. c. quamuis. de pact. in 6.* Secundo tollit beneficium restitutionis in integrum, *per iura iam alleg.* & Alex. *cons. 125. vol. 1.* Tertio addit forum foro, ita vt quis ratione rei & causæ, ob quam alias apud secularem iudicẽ conueniri poterat, & debebat, si rei vel causę accessit iuramentũ, ratione illius iuramenti possit etiam coram Ecclesiastico iudice conueniri, vt per Ioh. Andr. *in c. fin. de foro compet. in 6.* Et pulchre Paul. Castr. & Ias. *in d. Auth. Sacramenta puberũ.* Ex quo sequitur præsentem litem solum ex iure Canonico. & in specie ex *d. c. quamuis.* decidendã esse. Cuius dispositio ita sonat: *Quamuis pactum patri à filia factum, vt dote contenta nullum ad bona paterna regressum haberet, improbet lex ciuilis, tamẽ si iuramento non vi nec dolo præstito firmatũ fuerit, omnino seruari debebit, cum non vergat in æternæ salutis dispendium, nec redundet in alterius detrimentum.* Vbi Archid. Dom. de S. Gem. & alij nonnulli, propter verbum, *Omninò,* adeo putant hoc iuramentũ renunciationi appositum seruandum esse, vt ab eo non possit obtineri relaxatio, vel absolutio, eo ꝙ dictio, *Omninò,* est præcisa idem significans, ac si quis dicat, illud iuramentũ absq; vlla ope exceptio-

ceptionis ſeruandum, ita Gl. *c. fin. in fin. extr. de offic. delegat. in 6. Text. & gl.* vt ibi Bald. cũ ponderat *in l. 1. §. ſi pecunia Depoſ.* Lud. Rom. *in ſing. 1.* Ant. Cortet. *in ſing. in verb. Omninò.* Sic etiã text. *d. Auth. Sacramenta puberum*, dicit talia iuramenta, à puberibus præſtita, inuiolabiliter eſſe ob ſeruanda, quæ ſanè verba cum effectu ſunt intelligenda. *c. relatum. ext. de cler. non reſid. l. 1. §. hæc autem verba. quod quiſq; iur. in al. ſtatuer. l. pen. §. docere. Ne quis eum qui in ius voc. eſt.* Poſito autem, quod in caſu *d. c. quamuis.* abſolutio, vel relaxatio iuramenti, apud Iudicem Eccleſiaſticum contra ſignificationem verbi obtineri poſſet, ſanè videretur diſpoſitio *d. c. quamuis.* parum facere aut importare, quia facile eſſet cuiuis poſtquam iuraſſet impetrare abſolutionem, & ſic verba nõ intelligerentur cum effectu, nec illud iuramentum omnino obſeruaretur, cõtra diſpoſitionem *d. c. quamuis.* Ex quo non abs re prætendi poſſet, quia eſſemus in caſu *d. c. quamuis.* q iuramentum omnino & inuiolabiliter p̃cipiat ſeruari, quod Dominæ Sophiæ nulla actio cõpetat, ex quo iuramentum eiuſq; deneganda relaxatio, eam valide repelleret.

Sed his non obſtantibus, contrarium de iure verius eſt, videlicet Dominam Sophiam fouere in hac cauſa iuſtitiam, & non obſtantibus his, quæ ex aduerſo, de Renunciatione, itemque eius iuramento ſunt adducta, Dominum reum eſſe condemnandum. Etſi enim negare non poſſimus, iuxta *d. c. quamuis.* diſpoſitionem vtiq; dirimendam eſſe hanc litem: ſciendum tamen eſt, etiam illius vigore non pauca neceſſario, & eſſentialiter quaſi concurrere oportere, vt Renunciatio cum iuramento vires obtineat.

Primo enim requiritur, quod illa, quæ velit renunciare alicui, ad hoc, vt iuramentum teneat & ſit ſeruandum, debeat eſſe dotata ab eo, cuius bonis renunciat, per Petr. de Anchor. *conſ. 39. & d. c. quamuis.* propter ſex rationes, quæ *ibid.* per ipſum aſſignantur, Quia, cum *d. c.* ſit correctoriũ legis ciuilis, quæ eiuſmodi Renunciationes improbat, *d. l. pactum dotali.*

Idcirco illud tanquam odiosum, vltra ea, quæ dicit, extendi non conuenit, & ita intelligendum tantum in casu, quo loquitur, sc. quod de iure canonico renunciatio iurata teneat, cum est dotata puella. Ita tenet Petr. de Anchor. *in d. c. quamuis. arg. c. cum expediat. extr. de elect. & d. l. si quando. §. 1. de inoff. testamento.*

Secundo requiritur, quod talis renunciatio per metum, aut violentiam, non fuerit extorta.

Tertio, vt dolus omnis absit. Quibus omnibus, vel vno saltem deficiente, virib. carebit renunciatio facta, etsi desuper multa iuramenta intercesserint: Bene. n. sequitur, quod si renunciatio per se sola sine iuramento est inualida, vt diximus, sed cum iuramento tunc est valida, si nec vi, nec dolo sit facta, & aliqua fuerit competenter dotata, ita vt teneatur iurans illud iuramentum obseruare. Ergò à contrario sensu, si renunciatio etiam iurata esset facta per indotatam, per vim, per metum, aut dolum, sequi oportet, quod inualida erit, prout omnes Dd. *in Auth. Sacramenta puberum, & d. c. quamuis.* vnanimiter tradunt.

Quod autem nostra hæc Renuncians ab his, quorum in gratiam renunciauit, neutiquam dotata fuerit, id vel ex eo patet, quod ne teruncium quidem accepit, qui antea eius non fuit. Ex quo enim quondã Nobilis Francisci Schenckij legitima filia fuit, & ab eo in viuis vnicè relicta, certè exinde sequitur, quod fuerit sua heres, & habuerit iura suitatis, sed sic est, quod mortuo patre dominium bonorum eius fingitur confirmatum in suum heredem, ita vt pleno iure mortuo patre omnia bona ad eam peruenerint, atque sint sua facta, ita vt mortuo patre non sit opus noua aditione, sed suitatis iure, quo fingitur vna fuisse persona cum defuncto patre, hereditas etiam non adita transmittitur, ad quod text. singul. *in l. 2. ff. filiam pro hered.* Quod alias in aliis heredibus non fit, vt non aditam hereditatem transmittant.

l. quan-

l. quantum. §. fin. de iure deliber. l. vn. §. in nouiſſimis. C. de caduc. toll. Atque ita liberi mortuo ſuo patre non percipiunt nouam hereditatem, ſed magis bonorum antea quaſi ſuorum liberam adminiſtrationem, vt magis cōtinuetur inter eos dominium, quam noua hereditas delata videatur, vt dicit text *in l. ſi filius de vulg. & pupill.* & concordat *§. ſui. Inſtit. de hered qualit. & differ. l. 1. § qui ſunt in poteſtate. Si quis omiſſ. cauſ. teſtam. l. g. in ſuis. de ſuis & legit. hered.* Ergo ſi id quod recepit, ante ipſius fuit, tunc non potuit magis eius fieri, ex noua conceſſione, cum res ſemel mea amplius fieri mea nō poſſit. *l. quaeritur. §. lana. de vſu cap. Inſtit. de inutil. ſtipul. §. 1. in ver. rem meã. & ib. gl.* Ex quibus omnibus quaſi neceſſario concluditur Sophiam Franciſci filiam, patre inteſtato decedente, vt præſumitur in facto primo fuiſſe ſuum heredem, vlterius legis beneficio, & ſine vlla aditione, in ea fuiſſe confirmatum dominium omnium bonorum paternorum pleno iure, ita vt ſine culpa aut facto ſuo non potuerit ei illud dominium amplius auferri.

Ex quo porro ſequitur, etſi Domini Schenkii dictæ Sophiæ ſummam 3000. florenorum loco dotis numerauerint. Tamen per hoc nihil actum eſt. Ex quo illa pecunia eius antea propria fuerat, idcirco non habuit hanc poteſtatem, vt per eam certum quoddam ius Sophiæ competens quaſi per pretium redimeretur, & abluer etur.

Imo quod plus eſt, remoto etiam hoc defectu, & poſito dotatam per hoc poſſe dici Sophiam, Tamen hoc non ſufficiet validandæ renunciationi: oportet enim ſufficientem eſſe, & legitimam dotem. Nam dum text. *in d. c. quamuis.* facit mentionē dotis, vt dotata ſit, quæ renunciat, intelligi debet de dote congrua, ſecundū qualitatē patrimonii, dignitatem perſonarum, & numerum liberorū, vt tenet expreſſe Philip. Frãc. *in d. c. quãuis.* per pulchr. text. *l. ſi filia de legat. 3. & fac. l. cum poſt. §. gener. de iure dot.* Inprimis vero ſi alius quiſpiam extra-

neus non pater talẽ dotem numerare vellet, quia nomen dotis intelligitur de dote congrua. Bald. *l. fin. C. de dotis promiss. per text. d. l. si filia.* Quamuis enim cum pater dotat filiam, non habeatur respectus ad patrimonium ipsius patris: nec sit referenda quæstio patri, quod eam non competenter dotauerit, cum nemo præsumatur melius consilium capere pro liberis quam pater. *l. nec in ea. in fin. de Adult.* & quod patri visum fuit sufficiens & competens, non debet alteri videri insufficiens & incompetens. *ar. l. si furioso. C. de curatore furiosi.* nec possit de eo argui, cum nullus amor vincat paternũ. Paul. Castr. *in consil. 108.* Tamen quando ab alio quam patre dotatur illa filia, tunc debet dotari competenter, secundũ quantitatem patrimonii, dignitatem natalium, & alias circumstantias, de quibus *in d. §. gener. ad l. quæro. eod.* & not. Decius *consil. 26. vol. 1.* Imo idem Decius *consil. 180 colum. 3.* dicit, quod cum dicitur, patri nõ posse referri quæstionẽ à filia quod incompetenter dotata sit, intelligendum sit nisi illa filia esset enormiter læsa per renunciationem. Quemadmodũ procul dubio noster casus cõsonat, vbi si Domina Sophia à patre tribus millibus dotata fuisset, & postea renunciasset, enormiter & excessiue læsa esset, prout postea dicetur. Nã si filia per statutũ excluderetur à successione paterna, extantibus masculis, vt sępe fit in Italia, quod statutũ comparatur renunciationi, tamẽ in eo casu deberet competenter dotari. Bald. *l. fin. vol. 2. C. de dotis promiss.* Quia esset absurdum vt careret successione & dote, ait Paul. Castr. *in l. si socer. in princ. sol. matrim.* Imo si in illo casu, quo per statutũ filia excluderetur, pater in testamento dotẽ minorem quã esset legitima relinqueret, cum illa clausula, ꝗ amplius petere non posset, tamẽ nõ obstante illa ꝓhibitione, illa filia adhuc posset petere supplementum congruæ dotis, vt per Castr. *in consil. 129,* & Bald. *Nouell. in tract. de dote. chart. 32.* Est tamẽ dos congrua, quæ ascendit ad quãtitatẽ legitimæ, vt dicit Salic. *l. sancimus in fin. C. de nupt.* Idem *in*

auth.

auth. res quæ in 2. not. C. cõmunia. de legat. vbi dicit, quod si statutũ repellat fœminas à successione propter masculos extãtes, & mandat illas dotari arbitrio boni viri, vel propinquorũ, q̧ illi propinqui nõ debeãt minus arbitrari, q̃ sit legitima, sed bene in plus si illa nõ sufficit. Et idẽ Salic. *in auth. nouissima. C. de inoff. testam.* & idẽ tenet Alex. *consil. 79. vol. 1.* vbi refert Baldum & Angelũ ita consuluisse, & quod istam opinionẽ Moderni cõmuniter teneant. & Id. *consil. 8. vol. 2. & consil. 83. vol. 4.* Decius *consil. 26. vol. 1. & consil. 180. & consil. 379.* dicit hanc cõmunem, à qua in iudicando & consulendo recedi non debeat. Et late Bald. *Nouel. tract. de dote char. 31.* Francis Curt. sen. *consil. 37. & consil. 38. & consil. 73.* Philip. Corneus *consil. 197. vol. 1.* vbi dicit, se sæpius ita consuluisse, *& consil. 167. vol. 2. consil. 258. vol. 3. consil. 40. consil. 290. vol. 4* Socin. *consil. 288. & consil. 182.* Et sufficit hanc esse communem opinionem, licet quidam contrarium teneant, quos allegat Socin. *consil. 288.* Esset autem legitima tertia pars omnium bonorum per patrem relictorum. *d. auth. nouissima. C. de inoffic. testament.*

Cum itaq; Francisci quondam Schenckii Dominæ Sophiæ patris bona ad triginta millia excurrerint, exinde necessario ratio confici debet, vt dos competens filiæ ad decem millia se extenderit, vt pro dotata habeatur. Id cum factum non fuerit, prout ex actis apparet, concludimus eam non esse dotatam, quia non congrue, nec competenter, quemadmodum debuit, fuerit dotata, vt sic dispositio *cap. quamuis.* locum habere non possit, sed sumus in iure ciuili communi, quo tales renunciationes vtcunq; iuratæ non tenent, per iura superius allegata. Imo in fortioribus terminis decidit Matth. de Afflict. *decis. 178.* Quodsi filia reperiretur dotata, & maritata licet deinde renunciarit generaliter bonis paternis, & maternis, non addendo expresse legitimæ, quod per illam generalem

renun-

renunciationem non videretur renunciatum legitimę, licet accepta dote, alleg. Guil. de Cuneo, Bald. & Angel. *in l. de his. de transact.* Alex. *consil. 69. vol. 1.* hoc etiam sequitur Socin. *consil. 230. n. 4.* dum dicit, Renunciationem specialem requiri in legitima. Et hoc etiã tenet Immola *in d. c. cum contingat*, qui quamuis dicat textum *d. c. quamuis* procedere, licet filia nihil acceperit in dotem, tamen per tale iuramentum de non succedendo, non videatur renunciasse iuri petendi dotem. Et quod generalis renũciatio non trahatur ad legitimam, tenet Bald. *l. si quando. §. & generaliter. C. de inoffic. testament.* Angel. *§. tam autem in fin. Institut. eod. tit.* Francisc. Aretin. *l. 1. colum. pen. de verb. obligat.* Ita vt licet filia renunciasset bonis paternis & maternis, cum iuramento, tamen adhuc posset petere legitimam iure naturæ debitam, Bald. *l. fin. C. de dotis promiss.* Cynus. *l. si non mortis. C. de inoff. testam.* & ita consulit Albert. Bruno. *consil. 82. in fin.* Imo si filia dotem simpliciter acceptaret, & promitteret se dote contentam cum iuramento & plus non petere, tamen nihilominus posset agere ad supplementum legitimæ vel dotis, quoniam non esset congrue dotata, per text. *in d. §. & generaliter.* Ex quo depræhenditur, hanc Renunciationem ex capite dotis incongruę & in competentis, seu non legitimæ, *ad d. c. quamuis.* non quadrare.

Secundo ad hoc, vt *d. c. quamuis.* super quo solo fundant se Nobiles Schenkii, contra Sophiam procedat, & renunciatio valeat, necesse est, quod nec vi nec metu facta fuerit. Et quamuis *in d. c.* de metu nulla fiat mentio, tamen est ad hoc textus, qui hoc exprimit, *in d. Auth. sacramenta*, vbi dicitur: sacramenta puberum, quæ sponte facta fuerint, sunt seruanda, si metus iustus non interuenerit, qui metus comparatur dolo, vt Dd. *in Auth. sacramenta.* Et probatur ista comparatio per *c. cum contingat. extr. de iureiur.* Et dicit Archidiac. *in d. c. quamuis*, quod Canones vim, metum, dolum & fraudem æquiparent: Ita etiam decidit And. Barbat. *consil. 53. vol. 2.*

Sed

Sed quod in casu nostro interuenerit metus sufficiens, ad hoc vt ratione eius retractetur renunciatio, patet, quia saltem metus reuerentiæ & verecundiæ adfuit, qui facit actum officio iudicis rescindi. per text. & ib. gl. *in l. 1. §. qua onerandæ. Quarum rer. act. non detur*, vbi Bartol. ponit exemplum de vxore renunciãte marito, & clerico renunciante Episcopo, vt in dubio præsumatur facta ob metum reuerentialem, & dicit Bald. *in l. interpositas. C. de transact.* quod si filia renunciauerit patrit alis renũciatio non valeat, tanquam facta ob metũ reuerentialem: imo idẽ Bald. *in l. 1. C. de bonis matern.* tenet quod si filii sint in potestate patris, & taceant, eorũ silentium propter reuerentiam patris reputetur contradictio potius, quam consensus. Quod idem tenet Gl. *in c. porrectum. extr. de Regularib.* dicens quod solus iussus & imperium patris inducat iustum metum, qui vitiat professionem factam à filio, ita vt filius dicatur eam professionem coactus fecisse. Guid. Pap. *consil. 87. in fin.* Petr. de Anchor *consil. 32. & d. cap. quamuis.* vbi dicit, se Senis sic consuluisse.

Nec obstat, Dd. qui de metu reuerentiali loquuntur, exemplificare de filia, & parente, sed nos hic non esse in casu, quo patri renunciatum sit, sed patruis, vt cessare videatur ille reuerentialis metus. Quia ad hoc dicendum est, quod sit eadem ratio etiam in patruis. Ergo idem ius. *l. illud. ad l. Aquil.* Et ideo Petr. de Anchoran. *in d. c.* exemplum ponit in puella renunciante fratri seniori, quod etiam eo casu, ob reuerentialem metum, renunciatio non teneat, & Socin. *consil. 263.* dicit consuluisse doctissimos viros, quod sicut persona patris inducat iustum metum reuerentialem, ita etiam præsentia natu maioris fratris.

Cum Domini Schenckii puellæ huius bona vniuersa in manibus habuerint, personæque ipsius rectores fuerint, vt pote tutores, & seniores loco parentis eius defuncti, certe non abs re fuit, illam minorennem & simplicem conspectu

eorum verecundari & metu percelli, quasi parentem proprium intuens.

Nec obstat si dicatur, magis communem opinionem esse, quod ex tali contractu solo cum patre, vel cognato aliquo honoratiore per puellam inito, non sit præsumendus iustus metus, nisi etiam accedant minæ, verbera & similia, vt tenet Br. & Dd. *in d. §. qua oneranda* & id. Br. *in. l. ad inuidiam, C. quod met. caus.* Philip. Franc. *d. cap. quamuis.* & allegat ad hoc Innoc. & Canon. *c. causam matrim. extr. de off. deleg.* Id enim verum est, si non appareat enormis læsio. Si autem ex tali contractu, cum patre vel cognato inito, enormis lęsio appareret, tunc pręsumi debet metu esse extortum, ita tenet Franc. Curt. senior. *consil. 141.* & dicit Socin. *consil. 203.* quod omnium Dd dicta, qui putent, solum metum reuerentialem non sufficere ad rescissionem actus, nisi accedant minæ vel verbera, debeant intelligi esse vera, nisi enormis læsio cum illo reuerentiali metu concurrat. Si autem læsio cum reuerentia concurrat, tunc non sit opus minis, sed sufficere illa duo ad rescissionem actus, & allegat Paul. Castr. *consil. 174. in termin.* vbi putat eiusmodi puellæ omnimodo succurrendum. Et quod sufficiat hoc casu instinctus naturalis ad intentionem fundandam, licet nullum ius super eo allegetur *per l. scire oportet. §. sufficit. de excusat. tutor.* Quia quilibet in mente sua possit sentire, quod illa puella non libere, sed persuasione, machinationibus & calliditatibus seducta fuerit, *per l. 1. §. si quis volentem, de liber. hom. exhib. & l. cum quidam. de Appellat. l. vnic. C. de rapt. virgin.*

Vnde ad *d. c. quamuis.* idem Castr. respondit, quod ibi non constitit, quod filia esset enormiter læsa à patre. Nam ibi pater dotauerat filiam de suo, & voluit quod dote contenta nihil amplius peteret de bonis suis. Poterat enim pater illi auferre cætera bona sua, si dos ad legitimam ascendebat, vel parum restabat. In casu autem nostro, si illa renunciatio

valeret,

valeret, ablatum esset puellæ quod iam suum erat, & in quo erat ei ius ex morte patris & patrui quæsitum, quod fieri non poterat.

Præterea ex sequentibus potest sumi coniectura de his, quæ præcesserunt, vt per Dd. *in l. ex persona. C. de probat.* Et præterea veritas ipsa est, quod Domini Schenckii multifariam laborauerint, vt quondam fratris sui, & nunc eius puellæ bona sibi vendicarent, eamq; ob causam tenellam adhuc educationi, & institutioni cuiusdam ipsorum sororis commiserunt, potest vtique sine difficultate colligi, quod blandæ persuasiones eis non defuerint ad inducendum puellæ animum, vt renunciaret. Sed sic est, quod etiam preces importunæ & immodicæ, præsertim si ab his proficiscantur, qui apud nos auctoritate præstant, æquiparentur metui, & vi, ad actus alicuius rescissionem, ita Innoc. *in cap. petitio. extr. de iureiur. & per* Bartol. *in tract. de Ty ann.* Et dicit Socin. *consil 263. per l. 1. §. 2. verb. persuadere. de seru. corrupt.* quod nimia persuasio, per quam aliquis inducitur, habeatur loco compulsionis & coactionis, præsertim, in muliere & virgine, cum minor causa inducendi metum requiratur in muliere, præcipue iuuencula, quā in masculo propter debilitatem sexus. Gl. singul. vt & Anton de Butrio *c. locum extra de sponsal.* Ideo etiam iura magis volunt isti subueniri. *l. cum multa. C. de donat. int. vir & vx.* Vnde etiam Socin. *in d. consil. 263.* infert, quod si puella paruo accepto renunciationem fecerit, quod censendum sit ætatis facilitate, calliditate & metu impulsam, vt talem renunciationem faceret, & ideo non merito omni via sit ei succurrendum, iuxta sentent. *l. 1. de Minorib.* Iubent enim legislatores, puellas vtroque parente orbatas, de quorum parentum protectione lex præsumit, propinquorum consilio protegi, vt dicit text. *l. in coniunctione. C. de nupt.* Cum autem contrarium euenit, scilicet si à propinquis, vnde debebat protectio & defensio oriri, ori-

antur iniuriæ, & rapinæ, vt nostro casu, citra iniutiam: tunc naturalis ratio dictat, ne ætatis lubricum ei noceat, & è diuerso, ne dolus & iniuria patrocinetur aduersariis. Nam contigit huic Sophiæ id, quod Imperat. *l. data. C. de donationib.* dicit, sc. quod clandestinis, ac domesticis fraudibus seducta hoc fecerit.

Quis enim crederet fœmellam, cuius secta vniuersa alioquin natura auarissima *l. si stipulata. de donat. int. vir.* Bald. *in l. si à sponso. C. de donat.* si sciuisset, quid & quantum in bonis paternis, fuisset ipsius plenæ proprietati iam antè subiectum, nihilominus tantas facultates suas, pauco accepto, à se abdicaturam fore? Imo potius cum minor & mulier sint tales personæ, quæ cum sine aliqua iusta causa quid faciunt, præsertim donando, præsumuntur vel ex fragilitate, & facilitate & simplicitate facere. *l. cum de indebito. de probat.* & not. Br. *l. 2. C. de rescind. vendit.* vel etiam deceptas id facere, cum alias in renunciatione facile præsumatur dolus vel metus. Phil. Franc. *d. cap. quamuis. per text. c. super hoc. extra de Renun.* Quæ præsumptio deceptionis, ratione enormis læsionis, si est in patre, qui cum filia contrahit, vt est casus *in l. si superstite. C. de donat.* quanto magis præsumendum est, hanc puellam propter enormem læsionem & damnosam renunciationem seductam ab extraneis, sc. patruis suis, & his quibus lucro esset illa renunciatio? Nam quamuis alias dicatur, dolum non inferri volenti, tamen, quando calliditate aliqua est ducta & sollicitata, & consentit, tunc etiam in volentem dolus committi potest. Ita Socin. *d. consil. 263. alleg. l. 4. §. si quis volentem. de liber. hom. exhib. l. 1. §. 2. vers. persuadere. de seru. corrupt.*

Tertio requiritur, vt *d. c. quamuis.* procedat, & sic renunciatio valeat, quod iuramentum non sit per dolum interpositum, vel extortum. Nam iuramentum dolo præstitum non est obligatorium. Dd. *c. cum contingat, de iureiur.* & ibi

Abbas

Abbas dicit, quandocunque aliquis enormiter læditur, tunc iura præsumunt dolo hoc factum, quia hoc est dolus reipsa. Ita Anton. de Butrio *d. c. cum contingat*, vbi addit, quod quando enormiter aliquis lædatur, tunc non solum minor, sed etiam maior conuenire posset, non obstante iuramento, ita vt non sit opus vlla absolutione à tali iuramento. Quia cum ex tali enormi læsione præsumatur dolus, is autem sit à iuramento exceptus, quomodo ergo poterit valere talis renunciatio? Imo etiam addit Anton. si promisisset non conuenire vlla ratione, vel ex quacunq; causa, idem fore, quia semper intelligitur, nisi enormiter læsa fuerit, & hoc est, quod voluit Bald. *l. fin. col. 3. C. de donat. ante nupt.* vbi dicit, quod id, quod sit nullum, ratione doli præsumpti, iuramento confirmari non possit. Sequitur Abbas. *d. c. cum contingat. colum. pen.* vbi dicit, quod data enormi læsione præsumatur dolus, & iurans non præsumitur de tali casu cogitasse.

Nunc siue dicamus, enormem læsionem esse, quando aliqua nõ est competenter dotata, vt tenet Petr. de Anchor. *d. c. quamuis. & alleg. consil.* & præsertim. *consil. 38.* vbi dicit mulierem videri enormiter læsam, quæ pro vna dote renunciauit hereditati paternæ, maternæ & fraternæ. Decius *consil. 180. & consil. 181.* Castr. *consil. 108.* Ludouic. de Gozad. *cons. 9. & consil. 75.* vbi dicit, hanc esse communem opinionem: siue quando aliqua est decepta vltra dimidium iustæ æstimationis, vt tenet Decius *consil. 181.* siue æstimatio eius relinquenda est arbitrio boni viri, Gl. *§. emptio. vers. diffinierit. Institut. de contrah. empt.* & not. Bald. *l. cum antea col. 3. C. de Arbitr.* & per Alex. *l. si quis arbitratu. col. fin. de verb. obligat.* Alex. *consil. 47. lib. 1.* Semper apparet in nostro casu enormissime esse puellam læsam, & ideo puellę renunciationem non valere. Quod adeo est verum, vt licet alias iura de patre præsumant, quod pro filia bonum consilium capiat. *l. isti quidem. quod metus causa:* Tamen si ex contractu, quem talis pater faceret cum filia, appareret

enormis læsio, non consultor, sed prædo potius esset iudicandus, qui faceret, vt filia opulenta hereditate materna priuaretur, cum ignominia sit liberis, parentum non gaudere fortunis, vt *in Auth. de hered. & falcid. §. ex hereditate*. Ideo Philip. Franc. *d. c. quamuis.* iubet renunciationis verba inspici, vt quando iurauerit non contrauenire ratione enormis læsionis, vt seruetur, si tantum est enormiter læsa, si autem esset enormius, vel enormissimè læsa, tunc posset contrauenire, Et in fortiorib. term. consuluit Petr. de Anchor. *in c. accessorium*, quod licet renunciatio iurata esset facta cum multis clausulis prægnantibus scilicet quod renunciaret deceptioni vltra legitimæ dotis dimidium, & quod ex certa scientia fecisset, & generaliter omni alij defensioni, exceptioni, & legum auxilio: Tamen si enormissima læsio fiat, quod tunc ratione illius doli præsumpti non valeat. Et hoc ipsum refert, & sequitur Philip. Decius *consil. 150*.

Sed hæc nostra renunciatio in communi forma interposita est, nullam habens prægnantem clausulam, nec renunciationem legitimæ. Ita etiam concludit Anton. de Butrio *consil. 41*. quod mulier minor, quæ in contractu fuerit decepta vltra dimidium iusti precij, non obstante iuramento, contrauenire possit. Idem *c. cum contingat*, vbi in specie dicit, quod sicuti in casu *c. quamuis.* excludatur dolus, sic etiam excludatur enormis læsio, quia ex enormi læsione præsumatur dolus, ita vt tali casu non tantum minor, sed etiam maior contrauenire possit, non obstante iuramento, nec sit opus absolutione, quia talis enormis læsio sit à iuramento excepta, licet aliquis promitteret generaliter non contrauenire, vlla ratione aut causa, quod & sequitur Raph. Cuman. *consil. 18*.

Non obstat, quod quidam dicunt, verum vtique esse, quod, quando per dolum ex proposito sit extortum iuramentum,

mētum, tunc iuramentū non valeat, & sic loquatur *d. c. quamuis*. Sed aliud sit in dolo præsumpto velato vel reipsa, qui arguatur ex deceptione, vel læsione immodica, vt tenet Alexand *consil. 32. volum. 1.* vbi distinguit inter dolum ex proposito, & dolum reipsa, & dicit hanc esse communem opinionem. Quia contra Alexand. tenet Socin. *consil. 273.* vbi concludit, idem operari dolum reipsa, & dolum ex proposito ad rescissionem contractus, *all'g. l. 2. de except. doli. & l. si quis cum aliter. de verb. oblig.* Nam cum dolus non possit liquido, & clarè, & per exteriora probari, sed tantum coniecturis, *l. dolum. C. de dolo.* Gl. *in c. fin. de Renunciat. in 6.* Bartol. *l. fin. de probation.* Castrens. *consil. 177. Gl. l. cum postea. C. de pactis.* Sed quæ potest maior coniectura & probatio doli accipi, quam si appareat tanta enormis læsio, maxime in contrahente cum minore, quia est in mala fide, ex quo cognouit minorem contrahendo enormissimè lædi. Nam qui contrahit cum adolescente mox consumpturo, dicitur id dolose facere, & agere. Quanto vero magis præsumendus est esse in dolo, qui contrahit cum puella vix 12. annorum completorum, quia contrahendo consumit, & renunciando perdit, *argum. l. si quis cum sciret. de vsucap. pro empt. l. quod si minor. §. restituere. de Minor. l. si non. §. adolescens Mandat. sequitur* & hoc tenet Castrens. *dict. consil.* Et quamuis Alexand. *dict. consil.* vocet hanc opinionem, quæ differentiam facit inter dolum ex proposito & reipsa, communem, quem etiam sequitur Curt. sen. *consil. 41. & consil. 66.* Tamen magis communiter tenetur, non esse differentiam; Et ideo dicunt *d. c. quamuis.* tam procedere in dolo reipsa, qui caussatur ex enormissima læsione, & qui appellatur dolus præsumptus, quam qui ex proposito, Nam vt dicit Bartol. *in d. l. quod Nerua. columm. 2. deposit.* quod dolus præsumptus propriè dicatur dolus. Et ideo cum *d. c. quamuis.* generaliter loquatur, nihil impedit, quare non deberet de illo etiam præsumpto

dolo

dolo intelligi, præsertim cum procedat in modum regulæ generalis, & ideo non debet restringi ad vnam tantum speciem doli, sc. ex proposito propter regulam *l. de precio. de Publicia. in rem.* Ad quod etiã est alia regula, qua dicitur quod præsumptiones legum sint liquidissimæ probationes. *l. licet Imperator. de legat. 1. l. si quis locuples. de manum. testam.* Et ideo ipse Alexand. *in l. stipulatio hoc modo. de verb. oblig.* fatetur hanc communem opinionem esse æquam, & secundum eam consuluit *consil. 99. lib. 2.* & Philip. Decius *consil. 180.* dum dicit, contrariam opinionem esse magis communem, & ab ea nec iudicando, nec consulendo recedendum. Nam numero, & pondere plures sunt, qui hanc tenent, quos si Alexander vidisset, vt ipse dicit, non renuisset alteram esse communem opinionem. Ad quod facit quod dicit Bald. *in Rubr. de rer. permut. in C. circ. fin.* vbi inquit, quod in contractu damnoso facto, etiam cum iuramento, simplicitas præsumatur in rustico, muliere, & minore, & iuramentum hoc esse captiosum, & iniquum. Et idem Bald. *in c. 1. §. item Sacramenta. de prohib. feudi alien.* dicit, quod ex enormi læsione præsumitur dolus contra minorem commissus, vt cum renunciat hereditati sibi debitæ, alleg. not. per Bart. *in l. fin. de prætor stipulat.* Et ideo dicit, quod boni præsides faciant talia iuramenta per capturas personarum relaxari. *per l. illicitas. de offic. Præsid.* Et hoc etiam tenet Petr. de Anchor. *consil. 38. cons. 82. & cons. 180. & consil. 341. & cons. 376. & in c. 1. extra de constitut.* In quibus locis omnibus tenet, quod dolus ex proposito, & reipsa æquiparentur. Frider. de Sen. *consil. 144.* vbi tenet, quod quando reipsa interuenit dolus, quod iuramentum sit nullum, vt si puella pro modico renunciat hereditati magni valoris. Calder. *in consil. 8. in tit. de iureiur.* Philip. Corn. *cons. 11. & cons. 124. lib. 3.* vbi dicit, se sæpius secundum hanc opinionem consuluisse, & refert ibid. Ioh. Pretrutij, & Benedict. de Benedict. veritatis consultores, & præceptores suos consuluisse secundũ hanc opinionẽ. Idem

Corneus

Corneus *cons. 214. & consil. 147. lib. 4.* Paul Castr. *consil. 174.* vbi pulchrè decidit, quod si filia, quæ pro quingentis sibi pro dote à patre datis renunciauit residuo bonorum, quæ ascendebant ad duplum, illa videtur dolo inducta à patre, quæ præsumptio doli resultat ex eo tempore, quo filia reputetur immodicè læsa. alleg. *d. l. si superstite, & l. Nerua. depositi. l. vnde si Nerua. Pro socio.* Et hoc idem dicit arguere qualitatem textus. *tit. in ff. & C. ad Tertull.* & qualitatem minoris ætatis. *l. 1. de minor.* & dicit Decius *consil. 180.* illam esse opinionem communem, à qua in iudicando, & consulendo, nō sit recedendum. Hanc sequitur Fr. Curt. iunior *cons. 141.* Felyn. *c. in præsentia, col. 4. extra de probat.* Fr. Aretin. *cons. 93. & in l. qui superstitis. colum. 8. de acquir. hered. & l. 1. § si quis ita. col. 7. & 8. de verb. obliq.* Andr. de Barb. *cons. 21. lib. 2.* & dicit Curt. iun. *d. cons.* illam opinionem omnes Modernos solennes sequi, & tenet eam Iason. *d. Auth. Sacramenta puberum.* Hoc etiam sequitur Socin. *cons. 263.*

Quod in nostra specie facti ex immensitate donationis oriatur magna præsumptio deceptionis, quæ non tantum in muliercula, vel virgine, diceretur immensa, & effusa liberalitas, sed & magnanimo militi sufficeret, & addit quod in talibus immoderatis factis, quantumcunq; iurata sint, & maximè in iuuenili ætate, adsit præsumptio dolositatis, tum quia iactationes non præsumantur, nisi orginem habeant ex mala causa. *c. super hoc. extra de Renunc.* tum etiā quia talis immensa profusio, vel renunciatio repugnat naturę mulierum, quas lex *Sed si ego. cum gl. ad. Velleian.* vocat auarissimas, & raro accidit, vt mulier ius suum remittat. *l. si à sponso. C. de donat. ant. nupt.* Et dicitur contra sexum facere, cum donat. *l. si stipulat. §. 1. de donat. int. vir. & vx.* Circa immoderata autem gesta de facili præsumi dolum. *l. omnes. §. Lucius. de his qui in fraud. creditor. l. patronum. l. qui testamentum. de probat.* Et addit Socinus sic consuluisse Anton. de Butrio Doctorem optimæ conscientiæ, *in consil.* quod incipit. *Orabilis filia.*

dolo intelligi, præsertim cum procedat in modum regulæ generalis, & ideo non debet restringi ad vnam tantum speciem doli, sc. ex proposito propter regulam *l. de precio. de Publicia. in rem.* Ad quod etiã est alia regula, qua dicitur quod præsumptiones legum sint liquidissimæ probationes. *l. licet Imperator. de legat. 1. l. si quis locuples. de manum. testam.* Et ideo ipse Alexand. *in l. stipulatio hoc modo. de verb. oblig.* fatetur hanc communem opinionem esse æquam, & secundum eam consuluit *consil. 99. lib. 2.* & Philip. Decius *consil. 180.* dum dicit, contrariam opinionem esse magis communem, & ab ea nec iudicando, nec consulendo recedendum. Nam numero, & pondere plures sunt, qui hanc tenent, quos si Alexander vidisset, vt ipse dicit, non renuisset alteram esse communem opinionem. Ad quod facit quod dicit Bald. *in Rubr. de rer. permut. in C. circ. fin.* vbi inquit, quod in contractu damnoso facto, etiam cum iuramento, simplicitas præsumatur in rustico, muliere, & minore, & iuramentum hoc esse captiosum, & iniquum. Et idem Bald. *in c. 1. §. item Sacramenta. de prohib. feudi alien.* dicit, quod ex enormi læsione præsumitur dolus contra minorem commissus, vt cum renunciat hereditati sibi debitæ, alleg. not. per Bart. *in l. fin. de prætor stipulat.* Et ideo dicit, quod boni præsides faciant talia iuramenta per capturas personarum relaxari. *per l. illicitas. de offic. Præsid.* Et hoc etiam tenet Petr. de Anchor. *consil. 38. cons. 82. & cons. 180. & consil. 341. & cons. 376. & in c. 1. extra de constitut.* In quibus locis omnibus tenet, quod dolus ex proposito, & reipsa æquiparentur. Frider. de Sen. *consil. 144.* vbi tenet, quod quando reipsa interuenit dolus, quod iuramentum sit nullum, vt si puella pro modico renunciat hereditati magni valoris. Calder. *in consil. 8. in tit. de iureiur.* Philip. Corn. *cons. 11. & cons. 124. lib. 3.* vbi dicit, se sæpius secundum hanc opinionem consuluisse, & refert ibid. Ioh. Pretrutij, & Benedict. de Benedict. veritatis consultores, & præceptores suos consuluisse secundũ hanc opinionẽ. Idem

Corneus

Corneus *conf. 214. & consil. 147. lib. 4.* Paul Castr. *consil. 174.* vbi pulchrè decidit, quod si filia, quæ pro quingentis sibi pro dote à patre datis renunciauit residuo bonorum, quæ ascendebant ad duplum, illa videtur dolo inducta à patre, quæ præsumptio doli resultat ex eo tempore, quo filia reputetur immodicè læsa. alleg. *d. l. si superstite, & l. Nerua. depositi. l. vt. de si Nerua. Pro socio.* Et hoc idem dicit arguere qualitatem textus. *tit. tit ff. & C. ad Tertull.* & qualitatem minoris ætatis. *l. 1. de minor.* & dicit Decius *consil. 180.* illam esse opinionem communem, à qua in iudicando, & consulendo, nō sit recedendum. Hanc sequitur Fr. Curt. iunior *cons. 141.* Felyn. *c. in præsentia, col. 4. extra de probat.* Fr. Aretin. *cons. 91. & in l. qui superstitis. colum. 8. de acquir. hered. & l. 1. § si quis ita col. 7. & 8. de verb. obli.* Andr. de Barb. *cons. 21. lib. 2.* & dicit Curt. iun. *d. cons.* illam opinionem omnes Modernos solennes sequi, & tenet eam Iason. *d. Auth. Sacramenta puberum.* Hoc etiam sequitur Socin. *cons. 263.*

Quod in nostra specie facti ex immensitate donationis oriatur magna præsumptio deceptionis, quæ non tantum in muliercula, vel virgine, diceretur immensa, & effusa liberalitas, sed & magnanimo militi sufficeret, & addit quod in talibus immoderatis factis, quantumcunq; iurata sint, & maximè in iuuenili ætate, adsit præsumptio dolositatis, tum quia iactationes non præsumantur, nisi originem habeant ex mala causa. *c. super hoc. extra de Renunc.* tum etiā quia talis immensa profusio, vel renunciatio repugnat naturę mulierum, quas lex *Sed si ego. cum gl. ad Velleian.* vocat auarissimas, & raro accidit, vt mulier ius suum remittat. *l. si à sponso. C. de donat. ant. nupt.* Et dicitur contra sexum facere, cum donat. *l. si stipulat. §. 1. de donat. int. vir. & vx.* Circa immoderata autem gesta de facili præsumi dolum. *l. omnes. §. Lucius. de his qui in fraud. creditor. l. patronum. l. qui testamentum. de probat.* Et addit Socinus sic consuluisse Anton. de Butrio Doctorem optimæ conscientiæ, *in consil.* quod incipit *Orabilis filia.*

Accedit pro confirmatione, quid si renunciatio teneret tam immodicè & enormiter lædens, quod iuramentū esset vinculum iniquitatis, q; non est dicendum. *c. quanto. c. quintavallis. extr. de iureiur.* Et cū sint tres comites iuramenti *22. q 2. c. animaduertendū 12. q. 4.* gl. *in auth. quod eis. C. de nupt c. et si Christus, de iureiur.* quorū vnus si deficit iuramentū est inualidum. *text. 22. q. 1. c. & iurabunt.* sc. iustitia, iudiciū, & veritas, apparet, hic nullum omnino esse talium comitem. Quæ enim esset iustitia ex parte eorū, quibus renunciatum est, vbi credula puella vix 12. annorū blanditiis consanguineorū inducta renunciauit opulentissimis hereditatibus, nulla penitus re ab ipsis, q. b. renunciauit, accepta. Quod esset iudiciū in tanta ꝓfusione, nimirū triginta milliū, q̄ principi etiā grauis esset: q̄ veritas persuaderet puellę, hunc esse morem Nobilium, q; tamen vt paulò post ostendemus falsum fuit. Vnde dicit Matth. de Afflict. *dec. 322.* q; dispositio *d. c.* procedat, q; sc. iuramentū sit seruandum, quando tantum enormis læsio esset, sed si enormissima, vt nostro casu, q; non procedat. Et ideo gl. *22. q. 4.* ponit tres species iuramentorū illicitorū, quæ sint irritanda. 1. cum malè interponitur ꝓpter iniquitaté exigētis & modi, & tunc dicit deficere iustitiā. 2. cū incitate, vt cum sine distinctione, & deficit comes iudicium. 3. quando pueri vel puellæ iurant.

Præterea omne iuramentum dicitur recipere ciuilem & æquā interpretationē, ne quis immodicè lædatur. *l. si libertus §. libertus de oper. liber. c. veniēs. c. quanto. de iureiur. not. in l. si Societate. §. arbitrorum pro socio.* Sed si illud iuramētū sic intelligeremus, vt generaliter ligaret Sophiam, videmus quam grauiter læderetur. Ideo ad illam tantā læsionem extendi nec potest, nec debet. Et posito, *d. c. quamuis.* loqui tantum de dolo ex proposito, & quod ille dolus tantum faciat non valere iuramentum, quemadmodum aliqui sanè pauci, & contra communē opinionem sentiunt: Vtiq; tamen perspicitur, in hac renunciatione dolum ex proposito euidentem interuenisse. Quia hic vocatur dolus ex proposito, qui dat causam cōtra-

ctui,

ctui, vel per quem aliquis inducitur ad contrahendum, cum alias nō erat contracturus. Dd. *in l. 2. C. de rescind. vendit.* Et cui dubium esse potest, quin puella nostra astu sit inducta, & persuasa ad faciendum, de quo per vniuersam vitam ne cogitauit quidē, imo ex tenore dictarum literarū Renunciationis falso illi prædicatum fuit, esse talem morem Nobilibus puellis, vt in gratiam masculorum hereditatib. renuncient.

Sciendum est autem, quod licet nonnulli Dd. vt Ioh. de Imol. & secutus eum Archidiac. & Dom. de S. Gemin. teneāt, quod in casu *d. c. quamuis.* iuramentū sit omnino obseruandū: in vniuersum tamē omnes hunc casum excipiunt, nisi aliqua mēdacia fuissent ꝓlata ab aduersario dolo inducēte ad contrahēdū. Et hoc refert & sequit̃ Fr. Curtius *in cons. 43.* & tenet Abbas *cons. 70.* vbi dicit, q̄ tam legēdo, q̄ cōsulēdo, semꝑ hāc opinionē tenuerit Guid. Pap. *cōs. 87.* sequit̃ Ang. *in l. quisquis, de Fideius. ar. gl. in l. si precio. in gl. mag. in fi. locati.* Lud. Ro. *cons. 437.*

In nihilo releuat Dominos Schenkios, q̄ dixerunt morem esse puellis Nobilibus, hereditatibus in gratiā masculorū renūciare. Nam id ita in more est, & valet, si puellis aliquid detur. Sed hęc puella ne teruncīū quidē ab his, quib. hereditatē paternā renūciando cessisse dicitur, accepit. Quod autē ex falsa causa & ꝑsuasione, & ꝑ suppressionē verę cōsuetudinis obtentū fuit, quomodo vires habebit? Ita. n. dicit Bald. *in l. fin. C. de falsa caus. adiect.* quod si quis certioratus, & ex certa scientia renunciauerit omnibus beneficiis, tam minoris, q̄ maioris ętatis, tamen si ex falsa causa ꝓcedat, nō valet, alleg. not. *in l. per diuersos, & l. ab Anastasio. C. Mandat. argum. eorum, quæ dicuntur. de donat. in l. 2. §. circa. de except. doli.* Et ita cū sit dolo, & per mendacia inducta ad renunciandum, qui dolus errorem peperit, error autem aufert consensum *l. 1. & l. & eleganter. de dolo,* vnde necesse est iuramentum non tenere. Ex quo enim cessat voluntas, non ligat amplius iuramentum. Ita Frider. de Senis *consil. 96. alleg. d. c. veniens. & d. c. quintauallis.* Nam iura-

mentum non extenditur vltra id, quod iurans consentit *l. fin. C. de non numer. pecun. l. fin. ad municip.* & sic defuit iterum comes iuramenti iudicium, & hoc tenet Bartol. *consil. 90.* Vnde dicit Angl. *in d. §. item Sacramenta.* quod illo casu possit mulier contrauenire. Et si excipiatur de iuramento replicabitur de dolo. Vnde Paul. Castr. *in l. fin. §. 1. ide quæsiit. de condict. in deb.* dicit se per illum text. & quæ ibi Bart. notat, consuluisse, quod si duo fratres diuisissent bona paterna, & materna, etiam fraterna æqualiter, ac promisissent non contrauenire, in plena forma, & postea appareret, quod bona mortui fratris pertinebant ad alterum tantum, concludit, quod quia per errorē sit facta illa diuisio, nō debet præiudicari, quo minus contrauenire possit, & in simili sic consuluit Socin. *cons. 114.* & sic tenet Angel. *in l. qui Romæ. §. duo fratres, de verb. obl.* Et sic circa hoc iuramentū deest tertius Comes veritatis, q a nō sunt, nec fuerunt vera, quæ sunt dicta à patruis, sc. quod hæc sit consuetudo Nobiliū, vt eo pacto renunciationes faciant.

Quarto, vt id iuramentum vim obligandi habeat, requiritur, quod certiorata sit antea de suo præiudicio Renuncians, & quantum damni dicta Renunciatio ei parare potuerit, ita tenet Hostiens. *in tit. de fideiussor. §. & quis.* Vnde cum dicitur vnumquemq; posse iuri pro se introducto renunciare, intelligit, si certioratus fuerit, *c. placuit 34. quæst.* Propterea, si puella contra disposit. *l. pactum quod dotal. C. de collat.* bonis paternis renunciauit, & nō fuit certiorata de beneficio d. legis, talis renunciatio nō valet. Quia nemo potest renunciare iuri, quod ignorat, *l. si per errorem. de iurisd. omn. iud. l. 2. de iudic.* Et facit *l. fin. ad Velleian. l. mater. de inoffic. test.* maximè quia iuniori & mulieri licitū est ignorare. *l. 1. in fin. de edend.* Nec iuramentū hoc casu ignorantes ligat, cū non trahatur ad incognita *l. fin. C. de non num. pec. l. fin. qui satis cog.* ita gl. *c. ad nostram. verb. mente. extr. de iureiur.* Nam generalis renunciatio etiā iurata nō trahitur ad ea, de quibus si fuisset cogitatum verisimiliter non fuisset

fuisset iuratum. Abb. *c. veniens col. 3. extr. de iureiur.* Præsertim si puella ignorauit, quantæ essent hereditates, quibus renunciauit, vt consuluit Fr. Aretin. *consil. 93.* Ad quod etiam Angel. *d. auth. Sacramenta.* ponderat verbum *sponte*, dum text. dicit, sacramenta puberum sponte præstita seruanda esse, vt ibi excludatur omnis error. Ea enim, quę per errorem fiunt, non dicuntur sponte fieri. Et ideo recte in definitione Renunciationis dicitur, esse iuris proprii spontaneam refutationem. Quæ ignorantia certe præsumitur in facto alterius, cui successit, & maxime, vt in casu nostro, si non probetur immixtio in bonis paternis, vel quod vnquam adierit, vel se immisquerit, vt sic vires hereditatis scire potuerit.

Hoc etiam tenet Alex. *consil. 53. col. 3.* Qui licet in aliis locis velit dolum re ipsa, id est enormem læsionem non sufficere ad hoc, vt iuramentum non teneat; tamen ingenue fatetur, quod quando mulier renunciationem faceret per ignorantiam decepta, vt quia ignoraret, quot, quantisq; bonis renunciaret, tunc renunciatio etiam iurata non teneret. Et ideo quamuis Ioh. de Immol. alias teneat, quod casu, quod dolo re ipsa, id est enormi læsione aliqua sit læsa cogatur iuramentum seruare, nisi absolutionem obtineat: tamen dicit si puella, quæ renunciat, valorem rerum, quibus renunciat, ignorauerit, quod hoc casu iuramētū nō teneat, nec sit opus aliqua absolutione. Nam verisimile est, quod si sciuisset in bonis, quib. renunciaret, tantū esse, non fuisset renūciatura. *arg. l. cum de indebito. de probat. cap. supra hoc. ext. de Renunciat.*

Et non refert, quod quidam dicunt, certiorationem beneficiorum, etiam in muliere, non requiri, interueniente iuramento, vt tenet Alex. *consil. 42. cap. ex rescripto de iureiur.* Quia hoc debet intelligi in actibus, qui alios sunt de iure validi, qualis ille contractus Renunciationis de succedendo non est, cum alias absq; iuramento sit de iure inualidus, sed propter iuramentum sit validus. *dictis iurib.* Et tenent com-

muniter Canonistæ *in d.c.quamuis & c.licet mulieres.extra de iureiur.* quod omni casu, in quo contractus est prohibitus de iure ciuili & tantum sustinetur, ratione iuramenti, sicuti est in casu nostro, tunc si iuramentum est dolo vel metu præstitum est ipso iure nullũ, nec opus aliqua absolutione. Ad quod facit text. *in d. Auth sacramenta.* vbi dicitur, quod iuramenta metu facta nullius sint momenti. Vbi autem iuramentum interponitur super actu alioquin à iure ciuili non ꝓhibito, tunc absolutione opus sit. Et hoc tenet Phil Franc.*in d.c.quamuis.*

Quinto, iure cautum est, quod Renunciationes non possint fieri nisi pręsentibus & acceptantibus eas debito modo, id quod innuere videtur tex. *d.c quamuis.* pactũ patri factũ, quasi dicat p̄senti & acceptanti, vt hoc tenet Bart. *l. Lucius 2. §. quisquis. de leg. 2.* Salyc. *l. iubemus. C. de liber. caus. & l. 1. C. de cõfes.* Ideo Bald. *in l. Gallus* q̃dẽ recte *de liber. & posth.* dicit, singularem esse practicã, vt si velis ne aliqua confessio possit reuocari, scribatur in instrumẽto, parte p̄sente, & acceptãte Sed hic ex actis apparet, eũ, qui bona cõtrouersa modo obtinet, renũciationi non interfuisse, neq; p se, neq; per Procuratorẽ, sed nec ex interuallo ratificare potuit. Quia q̃ eius nomine gestũ non ẽ, in eo ratificatio subseq̃ neq̃t. Remotis igit̃ omnibus reliq̃s defectib⁹, tñ ex hac ratione solũ præsentibus cõmodaret renunciatio. Vnde si hodie renuncio Titio & ipse, cuius contẽplatione facta est renũciatio, me viuo moriatur, tunc quoad alias personas, quibus nõ est facta, & q̃ non acceptauere, non valet etiã iurata. Ita Ioh. de S. Gemin. & Phil. Franc. *d.c. quamuis.* limitant illũ text. tanq̃ cessante causa Renũciationis. *Argumẽto l. Iulianus. C. ad Velleian.* & ita tenet Bald. & Angel. *d. l. pactũ dotali. in 4. quæst.* & ib. Angel. *consil. 52.* Salyc. *d. l. pactũ. C. de pact.* Socin. *in fall. fall. 150.* Lud. de Gozad. *consil 9. per l. si actionem. C. de pact.* Vbi renunciatio & pactũ contẽplatione certæ personæ nec prodest, nec nocet aliis, cũ sint stricti iuris & eas personas, cum quibus est actũ, non excedant, vt ib. Bald. Vnde Ia-

cob.

cob. de S. Georg. *in l. auus. de pact. in fi.* decidit, quod si filia fecit quittantiam duobus fratribus suis cũ iuramento, de hereditate paterna, & materna, & deinde alii fratres nati sint de nouo, vel alii extranei instituti cum illis fratribus in testamento paterno, tũc illa quittantia nõ ꝓiudicabit filiæ respectu eorũ, qui nõ erant tẽpore quittantiæ, alleg. text. quẽ Angel. & Ludouic. ad hoc facere dicũt. *in l. iubemus. C. ad Velleia. l. si vnus. §. ante omnia. de pact.* Nihil ad rẽ facit, q̃ supradict⁹ possessor instrumẽto Renũciationis etiã incertus legit. Nã exinde nõ sequitur, ei ꝓdesse Renũciationẽ, & insup facit q̃ ex actis apparet, q̃ à tribus reliquis semper exclusus fuerit, donec omnes vitam cum morte cõmutarũt, & ipse solus superstes remansit.

Similiter cum non præsumitur renunciatio, quæ non sit verisimilis, præsens renunciatio ad Comitatum N. extendi non potest. Decius *cons. 945. n. 9.* Paris. *consil. 49. n. 40.* Crauet. *cons. 290. n. 1. vers. tertia renunciatio.* At in casu nostro verisimile non est, quod N. ratione Ducatus N. etiam voluerit iuri suo in Comitatu N. renunciare, cum renunciatio per se sit stricti iuris, & consequenter strictissime interpretari debeat *l. quicquid astringendæ. de verb. oblig.* Cumq; in casu dubio interpretari debeat in illam partem, quæ renuncianti minus præiudicet. Decius *d. l. postquam litt. num. 16.* Item in ea non veniant alia, nisi illa, quæ expressa sunt, vt not Calder. *in consil. 5. in fin. sub Tit. de præbend.* Iohan. de Immol. *consil. 49. in fin. cum aliis similib. adductis.* per Decium *consil. 402. num. 3.* Fuit igitur dicta renunciatio non simpliciter, sed limitatiue & restrictiue ratione Ducatus N. prout N. illum Ducatum tempore renunciationis possidebat, ergo ad limites tantum, in quibus facta fuit, & vlterius non potest extendi, *dd. iurib.*

Et hoc quoq; certum est, quod renunciationes intelligantur rebus sic stantibus. *d. c. cum inter.* Feder. de Senis. *consil. 77.* Bart. *d. l. quod Seruius. num. 4.* Tiraq. *d. loc. multos citans. num. 130.* Et ideo se non extendunt ad ius superueniens de nouo Dd. *in d. l. stipulatio.* Paris. *consil. 7. n. 70. cum seq. p. 2.* August. Bero. *consil. 97. num. 12. vol. 1.* Quare in casu præsenti renunciatio,

de qua

de qua fit mentio in transactione inter Illustrissimos Duces, intelligitur eo statu, in quo erant tempore transactionis res N.& N. Et sic de præsenti, vnde non extenditur renunciatio ad ius de futuro, sed intelligitur de iuribus, quæ possunt haberi vel re, vel spe, ex causa præsenti, tempore renunciationis. Alex. de Immol. *d.l.quod Seruius.n.5.& 6.* Hipp. de Marsil. *consf.76.nu.31. vol.1.* Bertachin. *in suo repertorio.vers. Renunciatio. n.40.* Chassan. *in Consuet. Burg. Rubr. de success.7.§.12.n.6.* Celsus Hugo *consil.81.n.8.* Tiraq. *d.loc.n.112.*

Quibus addimus & illud, generales Renunciationes se non extendere ad casum improuisum. *ar.l.fistulas.§ frumenta.de contrah.emp.* Bald *in l.1 C.de inoff.donat.* Roman. *in l.1 q.12. C.quando non petent.part.* Steph. Bertrand. *consil.127.vol.4.nu.2.* Nec venit in generali locutione quod quis specialiter non dixisset. *c.in generali.de Reg Iur.in 6.l.obligationi.de pignor.* Corn. *consil.345.n.8.vol.1.* Similiter renunciatio, quamuis generalis, non trahitur ad ea, quę quis particulariter non renunciasset, Socin iun. *consil.20.n.28.p.4* Bald. *in l.iubemus in 2.not. C.ad.SC Vell.* Et ait Iason post alios *in d.l.qui cum tutor. num.1.de transact.* transactionem quantumcunq; generalissimam, quibuscunque verbis conceptam, non obstare agenti ex alia re, & alia causa, quam illa, super qua est specialiter iniunctum. Sed verisimiliter N. non renunciauit omnibus regionib. pertinentibus, respectu Comitatus N. si de eo fuisset interrogatus, pręsertim in quo magna est læsio & iactura ipsius Principis N. quam quis velle non præsumitur, *per vulg.* Et proinde renunciatio nostra non potest extendi ad illa iura, quæ renuncians nec sciebat, nec scire præsumebatur sibi competere, imo penitus ignorabat. *per reg.l.mater decedens.* & ibi Bart. *nu.4.de inoff. testam.l.in repudianda.* vbi Bart. & Iason *de acquir. hered.* Decius *consil.530.n.11.* Corn. *consil.241.num.9.vol.2.* Socin. iun. *consil.129. n.65.* Et ita quoq; in materia feudorum tradunt Interpp. *dd. tit. Constit. Feudal. Domin.Lotharij, & de eo qui finem fecit agn.*

Imò

Imò si dubitet quis, vtrum sibi competat aliquod ius, ei non videtur renunciare. *l. fin. §. sin autem nescius*, & ibi Bart. *in §. sed quaerebatur. n. 2. C. de furt.* Iason *in l. 1. in 1. notab. nu. 5. de condict. indeb. & in l. apud Iulianum. §. si Titius. n. 9. de legat. 1. in Auth. Sacramenta puberum, n. 54. in l. quamdiu. nu. 3. C. qui admitti ad bonor. poss.* Socin. iun. *cons. 37. n. 2. & cons. 116 nu. 19. part. 1.* Cum ergo N. ignorauerit sibi competere Comitatum N. nullo modo per aliquem actum creditur huic iuri renunciasse. Nam ignorans nō obligatur, *l. si per errorem*, & ib Bart. *de iurisd. omn. iudic. l. cuius per errorē.* & *ib.* Decius *de Reg. Iur.* Et alias dicimus, quod inclusio vnius est exclusio alterius. *per vulg.* Et facit quod verba generalia plerumque restringantur, ne quis indebite damnum patiatur. Gl. & Bart. *l. fin. § in computatione. de iure deliber.* Decius *consil. 374. post n. 6.* pulchrè Crauet. *consil. 3. & consil. 70.* Hieron. Gratus. *in resp. 17. nu. 46. & resp. 66 num. 18. & resp. 109. n. 14. lib. 1.*

His etiam addi potest, Renunciationem quandam priuationem iuris, quae praesupponit habitum, de praesenti esse. *l. decem. de verb. oblig. l. manumiss. de iust. & iur. c. ad dissoluendum. de sponsalib. impub. l. 1. de distract. pign.* Quare haec renunciatio, quae facta est de Ducatu N. deq; regionibus ad eundem pertinentibus, solummodo inducit priuationem illarum regionum, q̄ tempore transactionis erant in controuersia, Socin. sen. *consil. 114. in princ. & consil. 189. num. 1. vol. 2.* Ex quo sequitur quod Illustriss. Dux N. non excludatur à Comitatu N. qui illi acquiritur & debetur de nouo, ex noua causa superueniente: Decius *consil. 220* Cels. Hugo *consil. 61. n. 8.* Ruin. *cons. 7. vol. 1.* Gabriel. *in consil. 89. n. 10. & 13.*

Vt tandem circa hunc articulum principalem concludamus, certum est, transactionem fieri super re dubia, vel lite incerta, vel vbi de lite calumniosè in futurum mouenda dubitatur. *l. 1. de transact.* Sed in casu praesenti, nec Comitatus N. erat tunc temporis dubius, nec etiam lis versabatur incer-

ta, aut in futurum versari dubitabatur, ex hoc, quod comitatus N. cito ad Duces N. erat reuersurus, cum multi adhuc Comites eo tempore viuerent. Deinde transactio quæcunq; sit de his tantum, de quibus inter contrahentes placuit, interposita creditur *d.l.qui cum tutor. §.1.de transact.* Cum igitur tempore transactionis solummodo lis fuerit de Ducatu N. Ergo solum ratione illius, & non alterius rei interposita censetur. Ludou. Roman. *consil.361.post num.3.* Bart. *in l. Aurelio. §. Caius.de liber.legat. num. 10.* distinguit, quando clausula generalis potest referri ad specificata, salua ratione recti sermonis, & tunc ad illa tantum restringitur. *d.l.si ex pluribus. d.l.si de certa, & l.3.in fin. C.de petit.hered.* Si verò non potest referri ad specificata, tunc refertur ad omnes causas, quas remittens sciebat, *l.pluribus. de acceptilat. l. emptor. §. Lucius. de pact.* hoc tamen dicit Br. ad causas, quas ignorabat, non potest referri, quia non potest videri de his cogitatum. *l. cum Aquiliana. de transact.* Fac. text. *l.sub prætextu. Cod. de transaction.*

Secunda principalis decisio huius controuersiæ in eo consistit, an sub illis verbis, *cum pertinentibus regionibus* Comitatus N. comprehendi possit, & debeat? Diligenter itaque erit ponderanda natura vocabuli, *Pertinentiarum.* Innoc. *in c. cum ad sedem. numer. 2. extr. de restit. Spoliat.* docet, *Pertinentiarum* nomine comprehendi, quæ statuto, consuetudine vel lege deputata sunt vt accedant. Cuius sententiam sequuntur Anton. de Butrio. *ib. num. 23* Panorm. *nu. 11.* Bald. *consil. 420. num. 5. volum. 1.* Ferrar. *in form. libelli in act. reali. ver. cum pertinentiis suis.* Socin. sen. *consil. 47. num. 4. volum. 1.* Decius *consil. 516. num. 23* Hieron. de Monte. *Tr. de Finib. regund. cap. 80. num. 7.* Pertinentiarum vero appellatione non veniunt aliæ res particulares. Et licet Duces N. transegerint de Ducatu N. & de pertinentibus ad eum regionibus: tamen ex quo non simpliciter, sed cum expressione Ducatus N. & sic

sic specificando res particulares transegerunt, illa transactio solummodo ad Ducatum, ad Comitatum verò nequaquam referri potest. Maria. Socin. *consil. 47. num. 5. volum. 1.* Iason *cons. 102 post num. 3. eo. ver. aut non accedit volum. 1.* quia clausulæ generales regulantur secundum naturam principalis contractus. Sed contractus in principali dispositione refertur ad Ducatum solummodo, de quo tum erat lis. Igitur & illa clausula, & ad eundem pertinentibus regionibus, refertur ad Ducatum, & non ad alium Comitatum, qui est extra illius fines, & est territorium per se à Ducatu N. separatum. Nam expresse, inquit Bald. *in l. à Procuratore numer 1. Cod. Mand.* huiusmodi clausulam, *cum omnibus iuribus*, (cum tamen adhuc tam prægnans clausula in transactione non reperiatur) restringi ad ea, quæ sunt de natura contractus, *l. si stipulatus. de vsur.* Et Innoc. *in c. ex literis. extr. de iure patron.* Quoniam si quis obligaret omnia iura sua, quæ haberet in aliquo territorio, tamen adhuc excipiuntur ea, quæ illius non sunt, aut iuris alterius. Quare illa clausula, & ad eundem pertinentibus regionibus, quamuis generalis sit, tamen refertur ad ea, quæ sunt de natura rei renunciatæ. Fab. de Mont. *in tract. de empt. in 6. quæst. vers. circa tertium membr.* & clausulæ, quæ apponuntur in contractibus, semper intelliguntur secundum naturam contractus, & secundum naturam rei deductæ in contractum. *d. l. si stipulatus*, & Innoc. *d. loc.* Sed de natura contractus non est, quod veniant res, quæ non sunt in contractu expressæ. *l. si stipulatus. §. Chrysogonus. de verb. oblig.* Marian. Socin. *d. consil. 47. in princ.* Item cum in transactione, & renũciatione subsecuta expresse sit declaratum, quod Illustriss. Dux renunciauerit Ducatui N. nec Comitatus vllam mentionem fecerit, sequitur ꝙ verba pertinentiarum simpliciter debeant intelligi de pertinentiis dicti Ducatus, & non secundum quid, hoc est, de illis

pertinentiis, quæ sunt aliarum rerum, de quibus in specie nō fuit actum. Et licet *pertinentiarum* nomine veniant omnia, quæ ad rem pertinent. Dd. *c. cum ad sedem*, hoc tamen restringunt in his, quæ acquirerentur iure speciali, quod nimirum illa non comprehenderentur sub appellatione pertinentiarum. Iohan. de Immol. *in l. 3. in fin.* Et Alexand. de Immol. *num. 23. de acquir. poßeß.* Iason *in l. beneficium. num. 7. de constit. Princip.* late Matth. de Afflict. *in c. 1. de capitan. qui curiam vendidit.* Et quando aliquis nō eodem, sed diuerso iure aliquam rem habet, vti Duces N. habent tam directum quam vtile dominium in ducatu N. in comitatu N. autem habent solummodo pro parte directum dominium. Ergo sub illis verbis: *Et ad eundem pertinentibus regionibus*, prædictus comitatus comprehendi non potest. Quia diuersa sunt nomina, ex quo sequitur diuersitas in substantia. *l. si idem. C. de Codicill.*

Non obstant ea, quæ in contrarium adducta fuerunt. Quia primum argumentum eo in casu procedit, vbi expresse, & spontanea voluntate iuri suo quis renunciauit, & clare de renunciantis voluntate apparet. Et quod ad secundum obiectum attinet, antea deduximus, generalia & vniuersalia semper restringi debere secundum mentem paciscentium. Crauet. *in consil. 3. num. 11. cum seq.* Matth. de Afflict. *decision. 285. numer. 7.* Deinde verba generalia & vniuersalia restringuntur ex natura actus. *l. si imo. locati.* Bald. *in l. à procuratore. C. mandati.* Bald. *in d. Rubr. in 9. quæst. C. de contrah. empt.* Crauet. *consil. 258. numer. 5.* Tertium Argumentum non mouet, quia in hoc casu nostro non receditur à propria significatione verborum generalium, nec generalis transactio extenditur ad non cogitata, & transactiones factæ generaliter sub certis rebus, & iuribus, ad alia non expressa, etiam similia non extenduntur: *iurib. allegatis.* Nihil facit, quod de obseruatione pactorum allegatur, quia ab Illustriss. Duce nulla pacta violantur, nec

transactio eum impedire poteſt in eo iure, de quo nihil eſt actum.

Ex his omnibus concludimus, Illuſtriſſimum Ducem N. ratione transactionis initæ, & ſubſecutæ renunciationis, non excludi à Comitatu, ſed illius Celſitudinem pro rata admitti debere, ſaluo tamen rectius ſentientium iudicio.

Prout ſupra deductum eſt, ita nos Michael Graſſus, Marcus Luscouius, & cæteri Doctores Iuridicæ Facultatis Academiæ Roſtochienſis, de iure reſpondendum eſſe cenſemus, in cuius rei fidem &c.

Consilium V.
FACVLTATIS IVRIDICÆ WITTENBERGENSIS.

An filiæ cogantur ſtare renunciationi hereditatum per tutores in manus fratrum factæ?

VIſis & perlectis actis, deprehendimus ſtatum cauſæ in eo potiſſimum verſari, vtrum ſc. filiæ cogantur ſtare renunciationi hereditatum per tutores in manus fratrum factæ, prçſertim cum per iusiurandum renunciarint, vt ex actis liquido apparet? Et poſſet quidem prima facie videri, quod non cogantur. Nam cum ipſa renunciatio non valeat *l. iurisgentium §. & generaliter. de pact. l. ſi quis inquilinos. §. fin. de leg. 1. l. non dubium. C. de legib.* videtur nec iureiurando confirmari poſſe, præſertim, cum iure ciuili iusiurandum promiſſorum non inducat obligationem, præterquam in liberto, vt late poſt Bart. *n. 2.* Iaſon *in auth. Sacramenta. n. 8. cum ſeq. C. ſi aduerſ. vendit.* vbi *n. 11.* dicit hanc veram eſſe opinionem, Bart. late *in l. ſi quis pro eo. de fideiuſſor.* Et licet iure canonico aliter conſtitutum ſit, tamen videtur in terris Imperii non ius canonicum, ſed ciuile obſeruandum. *c. fin.* vbi gl. *ver. lex ciuilis. de*

arbitr. in 6. Castrens. *in auth. & qui semel. n. 10. C. de probat.* Et si dicatur, Imperat. Fridericum *d. auth. Sacramenta*, Canones secutum responderi potest, d. auth. loqui tantū de sacramentis, quæ præstantur tacto corporaliter Euangelio, non aūt habere locum in iuramētis simplici voce factis, vt hic Nam vbi ad solennitatem requiritur iusiurandum, ibi etiam est solenniter præstandum: ita post Cyn. *n. 5.* Bart. *n. 7.* Bald. *n. 7.* Salyc. *n. 6.* Faber. *n. 1.* Iason *n. 13. d. auth.* & idem sentit Bald. *l. 1. n. 2 C. si aduers. transact.* Deinde cum prodigi iureiurando non obligentur, Bart. & Dd. *in l. is cui bonis. de verb. oblig.* Iason *d. auth. Sacramenta n. 19* videtur, nec minores obstringi, qui quotiescunq; curatores habent, furiosis & prodigis comparantur, *l. si curatorem. C. de in integr. restitut.* Præterea hic falsis fratrum rationibus, & persuasione dolosa tutorum, inductæ sunt filiæ ad iurandum, vnde dolus arguitur. Crauet. *consil. 192. num. 12.* quod ex eo præsumitur, quia filiæ approbarunt, qua probare non tenebantur, ex quo vel solo dolus arguitur, eleg. Paris. *consil. 96. n. 67. 68. & 69. vol. 1.* Eiusmodi autem iuramentum, ad quod quis dolo inducitur, non est seruandum nec obligat. *l. si ex falsis. C. de transact. c. cum contingat. extr. de iureiur. c. quamuis. de pact. in 6.* Nam dolo deceptus non consentit, Gl. *in auth. quod eis. verb. pœna. C. de Nupt.* & iusiurandum non obligat ex falsa causa. Paris. *consil 96. n. 24. vol. 1.* Gabr. Rom. *lib. 2. de Minorib. concl. 5. num. 43* & vbi in contractu est dolus, præsumitur & in iuramento, Crauet. *d. consil. 192. n. 9.* Curt. iun. *consil. 141. in fin.* semperq; intelligitur iusiurandum tacitam habere conditionem, si dolus malus absit, late Immōl. *in cap. quintauallis. n. 45. de iureiur. per l. creditor. §. pen. Mandat. cum simil.* Ita etiam in terminis tenent Gl. & Bald. *in l. 1. C. si aduers. vendit. & in d. auth. Sacramenta.* vbi Iason late *num. 29. & 44.* Faber. *num. 3. eo. per c. licet. de iureiur. in 6.* Et vt maxime dolus malus hic abesset, tamen non abest dolus & fraus reipsa, de qua

in

in l. ſi quis cum aliter. de verb. oblig. & tot. tit. ff. & C. de iis. quæ in fraud. creditor. §. 2. *Inſt. qui ex q·ib. cauſ. manum.* qui hac in quæſtione dolo vero comparatur, vt contra iuramentum abſolutio dari debeat, Crauet. *conſil. 7. num. 2. & 3.* Ad dolum enim qui reipſa ſubeſt, hoc eſt ad damnum, ſiquidem ſit enorme, non eſt iuramentum extendendum, Marant. *in ſpec. aur. par. 6. cap. de app llat.* & eſt de mente Immol. *in d. c. quintaual'is. de iu reiu r.* Crauet. late *conſil. 7. num. 5. d. conſil. 192. num. 5. cum multis ſeqq.* quæ læſio conſideratur in donatione non ſimplici, nedum in aliis contractibus. Crauet. *conſil. 192. num. 1.* Adde quod & metus quidam ſaltem reuerentialis tutorum, matris & fratrum, filias minores hic ad iusiurandum perduxit, qui videtur ad annihilandum iuramentum prodeſſe debere, aut ſaltem ad abſolutionem impetrandam. *l. 1. §. quæ onerandæ*. vbi Gl *in term. verb. metu.* quam ſequuntur omnes Dd *Quar. rer. act.* Gl. Bart. & alii. *in l. interpoſitas. C. de tranſact. text. in l. nouiſſime. Quod falſ. tut. auct.* Gl. *in cap. 3.* & Dd *de eo quod vi met. geſt. & in cap. 2. de iureiur. & in d. cap. cum contingat.* Nec hic opus eſt, quod præceſſerint verbera, aut minæ, ſed ſufficit læſionem ſubeſſe. Caſtr. *conſil. 174. nu. 23. lib. 1.* Crauet. *conſil. 114.* Aretin. *conſil. 24.* Socin. *conſil. 263. lib. 2.* Cor. *conſil. 124. & conſil. 140. in fin. lib. 3.* Curt. iun. *conſil. 141. n. 4.*

Neq; tollitur huius metus præſumptio, propter & per interuentum amicorum, cum enormis læſio interceſſerit, atque appareat. Menoch. *conſil. 1. n. 290.* Super hæc iusiurandum videtur hic contra LL. præſtitum. Nam inuſitatum eſt, filias cogi ad iuramentum hereditate iam delata, vt in noſtro caſu, cum *c. quamuis. de pact. in 6.* tantum loquatur de ſucceſſione deferenda & futura, ſed iusiurandum contra leges à minore præſtitum eſt ipſo iure nullum, nec obligat in renunciatione, Bald. *in l. 1. C. ſi aduerſ.* cum ne maiores quidem obliget

obliget iuramentum, contra obseruantiam iuris præstitum. *c. ad nostrum 21. de iureiur.* Adde quod *d. auth. Sacramenta*, solummodo locum habet, quando vult minor ratione minoris ætatis contra contractum iuramentum iuratum venire, secus si ex alia causa. Intelligitur enim per iuramentum tantummodo illi restitutioni renunciasse, quæ propter ætatem minorem impetratur, non etiam aliis remediis, ex quibus contractus annihilari potest, Bart. *n. 14.* Iason. *n. 46. in d. auth. Sacramenta.* vt in præsenti casu. Quia hæ filiæ non impugnant hanc renunciationem iuratam solum ratione minoris ætatis, sed etiam quia solennitate caret, quia enormiter læsæ, quia receptæ: deniq; quæ remedia omnia maioribus etiam competunt hic obstare non debent, *vt d. auth. Sacramenta*, Deinde non apparet, quod hæ filiæ minores tempore iuramenti fuerint sicut, fieri debuit, & quia minores. Iason *n. 54. d. auth.* & quia fœminæ. Bald. post Gl. *l. 1. n. 4. C. ad Vell.* certioratæ de inualiditate contractus, & beneficio restitutionis sibi competente. Cyn. *in l. 2. quæst. 6.* & ibi Salyc. *C. de rescind. vendit.* Immol. Anton. de Butrio, & alii dicentes hanc esse communem *in c. penul. de emp. & vendit.* Bald. *l. si duo. §. Idem Iulianus. de iureiur.* Immol. Alex. Aretin. *l. sciendum. de verb. obligat.* Alb. de Rosat. & alii *in d. auth. Sacramenta*, Bertrand. *consil. 175. in fin. vol. 2.* late Ant. Gabr. Roman. *lib. 2. de iureiur. conclus. 3.* Igitur nec hæc certioratio præsumi debet. Bald. *d. l. 1. nu. 4. C. ad Velleian. per l. sciendum. de verb. oblig.* Est enim quid facti. Iason *in d. auth. Sacramenta n. 55.* Facta autem non præsumuntur, sed probantur. *l. asseueratio C. de non numer. pecun.* & est certioratio solennitas extrinseca. Iason *alleg. loco n. 59.* quæ nunquam præsumitur. *l. quæcunq;. §. fin. de Public. in rem acti.* Quod si certioratæ non fuerint, non nocet eis iuramentum. Nam præsumuntur ius suum ignorasse, sicuti regulariter minores præsumuntur ignorare iura, *l. si adulterium. §. fratres. de adult. l. regula. de iur. & fact. ignor.* Gl. *fin. l. 2. §. fin. de iure fisci.*

Iason

Iason *d. auth. n. 54.* nedum ea, quæ sunt facti. Quin etiam in maioribus non præsumitur scientia, sed potius ignorantia donec contra probetur. *l. verius. de probat. l. si legibus. 16.* vbi Gl. *ver. probatũ C. de Episcop. aud. cum mult. ibi concord. alleg.* præsertim accedente enormi læsione. Bart. & Dd. *in l. quisquis. l. 2. C. de rescind. vend. ib.* Castr. Crauett. *consil. 192. n. 5.* Sed iuri, quod quis ignorat sibi competere, non videtur renunciare. *l. mater. de inoff. testam. l. fin §. idem quæsiit. de condict. indeb.* Iason. *l. si quis cum aliter. n. 17. de verb. obligat.* Imo ne illi quidem, de quo quis dubitat. *l. si 1. §. si autem nescius.* quem text. ad hoc not. Bart. & Bald. *C. de furt.* Nec iuramentum ad incognita trahi debet. *c. breui. de iureiur. l. fin. ad Municipal.* vt in terminis renunciationis filiæ confirmat Crauet. *consil. 192. n. 6.* Iason *præalleg. loco. n. 54. & 58.* Ioh. Cardin. Anton. de Butrio, & alii *in clem pen. de empt. & vendit.* Nam intelligitur eadem facilitate iuramentum dari, qua renunciatio facta est. Crauet. *consi. 192. num. 9. per l. doli. de Nouat.* Curt. iun. *consil. 141. in fin.* Calcan. *consil. 21. in prin.*

Præterea sicuti qui iurauit soluere vsuras, stare cogitur iuramento, & soluere, sed quia in solutione est iniquitas mandatur accipentibus, vt reddant, *c. 1. c. debitores. de iureiur.* Ita hæ filiæ quamuis iurauerint, & contrauenire non possent: tamen saltem per indirectum videntur adiuuandæ, auctoritate Magistratus, iussis fratribus reddere iis portiones æquales. Postremo etsi hæ filiæ non possent contrauenire: tamen eorum saltem heredes non prohibendi videntur, quo minus contraueniant. Innoc. *in c. veritatis. de iureiur.* late Ant. Gabriel. *lib. 2. de iureiur. concl. 6. per tot.* Quia iuramentum est personale *iurib. vulg.* Personalia autem non transeunt in heredes, *l. 1.* vbi Dd. *de constit. Princip. l. quia. solut. matr.* late Tiraq. *in retract. lig. §. 26. Gl. 1. nu. 42. cum seqq.* Iason sæpe *d. auth. num. 5. & 38.* Castrens. *num. 3. & 4. in l. qui superstitis. de acquir.*

hered. tex. in l. pen. C. de reb. credit. l. si duo. §. 2. de iureiur. Cum igitur ex concessis causis liceat venire contra iuramentum. *l. fin. qui satisd. cogant. l. fin. ad municip. l. fin. C. de non num. pecun.* & promissio de non contraueniendo semper intelligatur, nisi ex iusta causa. Socin. *consil. 215. vol. 2.* videtur dicendum, aut non teneri has filias tali iureiurando stare, aut saltem ab eo tanquam iniquitatis vinculo absoluendas esse. *cap. 1. de iureiur. in 6. cap. quanto eo. cap. inter 22. quæst. 4.* maxime concurrente sexus imbecillitate, minore ætate, fraude, & læsione enormi, per ea quæ cumulat Francis. Turzan. *in commun. opin. 159. incip. si minor. per tot.* iuramentum enim tantummodo ex minore facit maiorem, nec alia remedia, contra læsionem ætati & sexui concessa, tollit. Decius *consil. 403.* Crauet. *consil. 142. num. 27. & seq. & consil. 188. num. 3. cons. 114. in fin. cons. 7. n. 6. cons. 192. n. 2.* Socin. *consil. 48. in fin. lib. 4.* Gl. *l. 2. C. de rescind. vendit. cap. pen. de empt. & vendit.* Nec iusiurandum tollit simplicitatem minorum, ac mulierum, quin illis læsis succurri debeat. Bald. *in rubr. C. de rer. permut. & in cap. 1. §. item Sacramenta. de pace iur. firm.* Iason *l. generaliter in 3. notab. de verb. obligat.* late Couarruuias *in c. quamuis. 3. part. §. 4. n. 6. de pact. in 6.* Iason *d. auth. n. 44 cum ibi allegat.* Canonistæ *d. c. cum contingat. & d. c. quamuis. de pact.*

His tamen non obstantibus tutius est dicere, nostro quidem iudicio, filias quæ iurarunt cogendas ad iusiurandum seruandum, quod seruari potest sine detrimento salutis æternæ *c. quamuis. de pact. in 6. cap. cum contingat. de iureiur. c. licet mulieres. eo. in 6. c. significante. de pignor.* Quod quidem iusiurandũ non modo per se valet, sed etiam validat contractũ, alias de iure nullum & inualidum, & aufert beneficium in integrum restitutionis, vt est communis opinio Bart. Bald. Castrens. Salyc. & aliorum *in d. auth. Sacramenta per d. tex. C. si aduers. vendit.* Quorum rationes & motiua ad longum recen-

ſet ibi Iaſon *num.33. cum ſeq.* Et quamuis ipſe refutare conetur & velit dicere, quod contractus non validetur, licet iusiurandum ſit ſeruandum: tamen id eſt contra expreſſum tex. *d.c. quamuis.* Gemin. *ibid. num.3.* & ipſe Iaſon tandem *n.36.* fatetur ex ſententia Bartoli, quod communis opinio in practica, & de conſuetudine ſeruetur, nec mutanda ſint, quæ tam certam habent interpretationem: & *in l.1.n.17. de transact.* ſimpliciter tranſit cum communi ſententia, vbi addit rationem, quia iuramentum habet vim cauſulæ vt actus valeat omni meliori modo, quo valere poteſt, *per l. cũ pater. §. filius matrem. de legat.* 2. Bart. *in l. ſi quis pro eo n.12. de fideiuſſor.* & communiter cum hac ſentẽtia tranſeunt Canoniſt. maxime. Immola late confirmans *n.18. & n.37. in d. cap. cum contingat.* Itaq; quod dicit renũciationes filiarũ nõ valere, ſemper intelligẽdũ ẽ niſi acceſſerit iuramẽtũ, q̃a hoc accedẽte valẽt, nec retractari poſſũt *d. c. quãuis.* q̃ etiã ad minorẽ filiã extendit *ibi* Couar. *par.3. § 4. num.6. in 5. concluſ.* Vnde in terminis Bald. *in l. 1. nu. 2. C. ſi aduerſ. vendit.* Non valent inquit refutationes, quas filiæ minores faciunt ſi atribus ſine decreto, niſi interpoſitum eſſet iuramentum corporaliter præſtitum, ſequitur Caſtr. *in d. auth. Sacramenta n.3.* rationem eius tradit Panor. *in d. c. cum contingat, num. 17.* & ita in minoribus ſeruari, præſertim ſi non ſint læſi vltra dimidium, communiter Dd. concludunt *in d. auth Sacramenta.* Crauet. *conſil. 7. n. 5. part. 1.* Turzan. *commun. opin. 159. in fin.* adeo vt nec curatore hic habeant opus, cũ post iuramentum pro maioribus habeantur. Crauet. *conſ. 7. nu. 16.* Ideo nec certioratione, iuxta magis cõmunem. Gabr Rom. *lib. 2. de iureiur. concl. 3.* Quia iuſiurandum ſupplet omnes alioquin ſolennitates requiſitas, Alex. *conſil. 53. num. 6. & 7. verſ. aut non interuenit. vol. 3.* Ioh. Andr ad Specul. *de ſent §. vt autem. ver. procedendum.* late d. Gabr. *concl. 5. n. 14. & de minorib. concl. 5. nu. 9.* Quare addit etiã cũ donatio ſubeſt vltra quingentos aureos,

tamen iureiurando eam sustentari quamuis insinuatio absit. Ratio quod omne iuramentū est seruandum quod non vergit in detrimentum animæ, cum scriptum sit: *Reddite Deo vota & iuramenta vestra, c. etsi Christus. de iureiur.* Et vtilitas animæ præferri debet qualicunque rei temporali. *l. sancimus C. de SS. Eccles.* Gl. *in §. si quis. ver. si enim. in auth. vt cum de Appell. cognosc. c. præcipimus. 12. q. 1.* ita pulchre Immol. *d. cap. cum contingat nu. 8.* & latissime *num 86. & seq.* Alex. *consil. 125. n. 17. vol. 1.* & magis fauetur piæ causæ, *l. sunt 41. in fin. de Religios. & sumptib. funer.* præsertim vbi tractatur de anima, quæ cunctis rebus est præponenda, vt dicit Iason *in l. licet num 5. C. de pact.* Quare cum hæc sint vsitata, Gabr. Rom. *lib. 2. de Minor. consil. 5. per tot.* & vt inquit Socin. post Castr. *consil. 115. nu. 6. vol. 1.* totus mundus ita obseruat, operæ pretium non est in his confirmandis diutius immorari, tantum vt ad contraria respondeamus, opus videtur.

Quod igitur primo dicitur, iure ciuili iusiurandum non esse modum inducendæ obligationis, nec validare contractus inualidos, ad hoc recte ex sententia Castrens. *in d. auth. Sacramenta n. 8.* respondetur, quod consideranda sint quatuor iurium tempora in hac materia. Primo ius vetus, quo iure verum est, non firmari contractus per se inualidos iureiurando, & ad hoc ius pertinent leges supra allegatæ. Porcius *in §. extraneis. in fin. Inst. de hered. qualit.* Secundo ius Codicis, quo iusiurandum appositum contractui valido aufert beneficium in integrum restitutionis *l. 1. C. si aduers. vendit.* Tertio ius Authenticæ, quo iure contractus inualidus, ratione minoris ætatis, firmatur iureiurando. Ratio quia iuramentum eius repræsentat eum, & facit velut maiorem. *l. si alicuius. C. si min. se maior. dixer.* Cyn. *num. 8.* Bart. *num. 14.* Bald. *num. 4.* Castrens. *n. 8. & 9.* Salic. *n. 1.* Iason post alios *in d. auth. Sacramenta num. 33.* Nam iuramentum est spirituale. Iason *ibid.* Couar. *c. quāuis. part. 1. §. 3. n. 4. de pact.* Socin. *cons. 254. in causa par. 2.* vbi

2. vbi dicit ſpiritualem eſſe torturam. In ſpiritualibus autem minor ꝓ maiore habetur. Iaſ. *in d. Auth. per text. opt. in c. ſi annun. de Iudic. in 6.* Bald. *conſil. 260. vol. 2.* Quarto ius Canonicum, quo iure propter iuſiurandum tollitur omnis oppugnatio contractus per ſe inualidi, ſiue ratione minoris ætatis, ſiue ex alia cauſa. Caſtrenſ. *alleg. loco.* Couar. *ibid.* Quod ſecundo dicitur, in terris Imperij ius ciuile eſſe ſeruandum, primum reſponderi poteſt, Auth. *Sacramenta*, eſſe ab Imp. Friderico ſancitam, quæ tanquam poſterior derogat ſuperioribus conſtitutionibus, & iuri ciuili veteri, præſertim poſtquam inſerta eſt corpori iuris ciuilis *l. fin. de Conſtitut. Princip. l. 1. ad l. Aquil.* Cum autem ea conſtitutione firmatum ſit, quod minoris emptio firmetur iuramento, illi Conſtitutioni tanquam iuri ciuili nouiſſimo, quod priori derogat, eſt ſtandum. *d. l. fin.* Ant. Gab. *lib. 2. de Minorib. concl. 5. per tot.* Et quamuis d. Auth. tantum de venditione minoris loquatur: tamen procedit etiam in aliis contractibus. *c. quamuis.* vbi Couar. *c. licet. de iureiur. c. cum contingat.* Dd. *in d. Auth.* Bart. *nu. 6.* Salyc. *nu. 10.* Et ita Immol. eam Auth. adducit *in c. cum contingat. n. 2.* vt non modo obtineat in venditione, ſed quocunque contractu, vel diſtractu, puta tranſactione, renunciatione, de qua hic ꝓprie agimus. Bart. *in d. Auth. n. 20.* Bald. *n. 13.* Fabr. *n. 2.* Salyc. *n. 17.* Iaſ. *n. 71. cum ſeqq.* etiam in donatione, vt hanc dicit & probat communem Gabriel. *de Minor. concl. 5. n. 5.* Deinde etſi ius ciuile aliter ſe hic haberet, tamen cũ quæratᷣ de retractione iuramẽti, & de periurio, ac ꝑ conſequens de peccato, etiã in terris Imperij ſtandum eſſet iuri Canonico in materia iuriſiurandi *c. 2. de iureiur. in 6.* Iaſ. *d. Auth. n. 24.* Late Immol. *in d. c. cum contingat. num. 3. & 6. per d. c. 2. & c. fin. de præſcrip.* Gl. & Dd. *c. poſſeſſor. de Reg. iur. in 6.* Tertio quod opponitur, d. Auth. ſolummodo intelligendam de iuramento, corporaliter tactis Euangeliis præſtito, non vſquequaq; momentoſum eſt. Quocunque enim modo, vt Cyn. inquit, *n. 4. in d. Auth.* exprimatur conſenſus erga Deum,

& Sacra, obligatus est iurans, imo iurans non obligatur ratione Euangelij, cui non iurat, nec iurare debet tanquam creaturæ. *c. etsi Christus. de iureiur.* Sed iurat Deo creatori, & ad eum respicit. Et ita etiã Canonistæ interpretantur, vt qualitercunque præstitum iuramentum sit obseruandum, vt fatentur ipsi Legistæ. Bart. *d. Auth. numer. 8.* Faber *ibid. num. 1.* Panor. *num. 2. de his quæ vi metusue. c. etsi Christus.* Adhæc ex Actis apparet, renunciationem nostram iuratam, de qua nos agimus, apud Acta factam fuisse. Quod omnem solennitatem supplet *l. omnium.* vbi Dd. *C. de testam.* Quarto quod de iuramento prodigi dicitur, ad hoc primo respondetur, minorem comparari prodigo, quatenus minor est, & quando sine curatore contrahit. *d. l. si curatorem.* At hic in iureiurando habetur pro maiore, nec curatore habet opus, vt supra posuimus, sed & in ista facti specie, auctore curatore, imo in iudicio renunciatio iurata est facta. Merito igitur valet, & ea similitudo cessat, vt in simili distinguit Bald. *in l. fin. §. filius. C. de bon. quæ liber.* Deinde quod Canonistæ firmant, quibus in hac materia statur, prodigum etiam ex iureiurando obligari, quando consentire potest. Ita Panor. *num. 11. & 12.* quem sequuntur Canon. *in d. c. cum contingat.* Postremo, quod nullum simile sit idem, vt ait Bart. *l. quod Nerua. depositi.* Manifestum enim discrimen inter prodigum & minorem faciunt hac in parte Doctores *in l. is cui.* vbi Bart. *num. 8.* & post Alex. Castr. & alios late Iason *num. 18. & seq. de verb. oblig.* Frider. de Senis *consil. 31. per tot.* Bald. *consil. 260. volum. 2.* Nam cum publice bonis interdicatur prodigis, & ita lex ac Magistratus illorum contractibus tanquam furiosorum resistant, *l. 1. de curat. furio.* merito non obligantur ex iureiurando, contra leges & bonos mores. *c. non est obligatorium. de R. I. in 6. l. si quis inquilinos. §. vl.* vbi Bar. Ias. & alij *de legat. 1.* præsertim cum furiosi quoad administrationem videantur,

tur, Dd. *dd. locis.* Secus autem eſt in minore, quem lex obligare ſe non prohibet, imo permittit, *l. puberes.* vbi Cuiac. *de verb. oblig.* quamuis alienationi bonorum velit adiungi curatorem *l. 1. de Minor.* nec Magiſtratus ei contractibus interdicit, ſicuti prodigo. *l. quod ſi minor. 25. §. non ſemper. de Minor.* neque etiam pro furioſo ſimpliciter habetur. *l. in negotiis 5.* vbi Dd. *de Reg. iur.* neque pro prodigo. Dd. *in l. 3. C. de Minor.* & cũ eo contrahentes non ſic cenſentur eſſe in dolo, ſicuti qui cum prodigo contrahunt. Dd. *d. l. is cui bonis.* nã publice ei bonis interdicitur, vt ignorantia hic non ſit probabilis, ſicuti in minore. *l. 3. ad Maced.* Ex quo reſpondetur & ad illud, quod iuramentum contra legem præſtitum obligare nõ debeat. Nam in primis hic non eſt præſtitum contra legem. Filiæ enim iam adultæ, auctore Tutore ſiue curatore potius potuerunt diuidere, & per conſequens renunciare atque etiam iurare, vt ſupra eſt expoſitum. Et quod iusiurandum etiam ſine curatoris auctoritate à minore in contractibus præſtitum recte adhibeatur & valeat, docet textus *d. Auth.* Deinde non ſimpliciter verum eſt iusiurandum contra leges præſtitum non valere. Etenim hoc intelligendum eſt de legibus naturæ ad bonos mores, & honeſtatem rationi congruam, & præceptionibus diuinis, non de lege moreque ciuili, præſertim pertinente ad priuatam vtilitatem. Nam contra tales leges iuramentum præſtitum eſt ſeruandum. *d. c. cum contingat.* vbi Panor. *numer. 4.* Late Immol. *num. 36. & in c. 2. de pact. in 6* Gemin. *ibid. nu. 3.* Eſt igitur hæc renunciatio potius ſecundum Canones *d. c. 2.* quam contra leges facta. Gl. *l. 1. C. de pact.* Bart. latè *in l. ſi quis pro eo nu. 11. l. cum lex. de Fideiuſſ.* Illud magis obſtat, iusiurandum, per fraudem expreſſum, non obligare minores. Nam diſerte vbiq; talia iuramenta excipiuntur, quę dolo, vel metu ſunt expreſſa. *d. Auth. Sacramenta. d. c. cum contingat d. c. 2.* Et quamuis alias diſtinguatur inter iuramentũ vi extortum

vt non valeat, & metu coactum, vt valeat, sed absoluatur. *c. verum.* vbi Dd. *de iuriur. c. sacris c. ad audientiam. quod metus caus'a.* Iason post Castr. & Salyc. *in Auth. Sacramenta. nu. 30. Si adversus vendit.* quam etiã communem facit Couar. *p. 2. cap 3. §. in pr. de sponsal.* non tamen hoc obtinet in contractu minoris, vel vbi renunciatur hereditati viuentis, vel alias actus est inualidus. Nam ibi indistinctè etiam absque absolutione iuramentum metu coactum, aut vi extortum annihilatur cum toto actu, & ex sententia Panor. dicit pronunciari Couar. *ibid. & variar. Resolut. 1. cap. 4. n. 7.* & sic in praxi receptũ testatur *in c. quamuis par. 3. § 4. nu. 2.* Ad quod obiectum respondemus, metum hic non probari, vt oportet, *l. metum. quod metus caus.* Nam actus in ciuitate præsertim gestus, non præsumitur metu factus, nisi probetur. *l. vlt. quod metus caus.* Anchor. *c. si propter. de rescrip. in 6.* Bald Bened. *c. Raynutius ver. Testamentum. n. 24. de testam.* Pet. Peckius. *de testam. coniug. 1. cap. 10. n. 2. & 3.* Imo potius metus sic excluditur, ob præsentiam Tutorum & propinquorum. Ias. & Dd. *l. interpositas. C. de transact.* etiamsi alias, non tantum testibus, sed etiam coniecturis probari queat, Bart. *l. si ob turpem. de condict. ob turp. caus.* sic vt duobus metu gestum asserentibus plus credatur, quam mille contrarium affirmantibus. Couar. *d. c. 3 par. 2. §. 5. n. 10. de sponsal. n. 12.* etiã subiicit vtilẽ esse protestationem ad metum probandum, etiam clam factum, cum palam fieri sine metu nequeat. Sed in hoc deficit hic probatio, *l. duo. de testam. Tutel.* Quia difficillimũ fuerit metum probare contra præsentiam iudicis, matris, propinquorum, & quittationes secutas actusq; geminatos, late Crauet. *cons. 114. l. transactionum. C. de transact.* Non sufficit autem allegare, nec probare *l. 6. C. de præd. Minor.* Quod autem ad dolum attinet, sciendum est, dolum dupliciter considerari, vel cum ex proposito venit, vel cum reipsa inest. Gemin. *d. c. n. 12.* de dolo, qui venit ex proposito, & quidem tali, qui auferat omnem consensum, loqui prædictos textus, & ita accipiendos esse Dd. asserunt.

asserunt. Panor. *d.c. cum contingat. n.3.* Ioh. Andr. *c. vnic. de Commod.* Talem dolum hic interuenisse ex proposito, q consensum impediuerit, difficile profecto erit, vt probetur, sicuti probari debet. *l. dolum. C. de dolo.* Paris. *consil. 89. n. 30. vol. 1.* Nam ex proposito dolus tunc interuenisse dicitur, si vel aliquid falso de magnitudine, vel paruitate hereditatis esset affirmatum. *l. si quis affirmauerit. de dol. mal.* vel mendaciis Tutorum filiæ inductæ ad renunciandum, & quidem talibus, vt propterea tali, & tanta dote constituta hereditati renunciarent, Immol. *c. quintauallis. n. 48. de iureiur.* Gl. solennis. *l. item si precio. §. fin. ver. circumscribere. Locati.* Vel si tutores cum fratribus accepta pecunia collusissent, aut filias ad renunciandum per ebrietatem aut alias malas artes induxissent, vt latius exponit hæc Immol. *d. loc. nu. 46. & seqq.* Dd. *in l. dolum. C. de dolo.* Talia in præsenti casu interuenisse, ex actis non apparet, nec præsumi possunt. *l merito. pro socio.* cum dolum ex perspicuis indiciis probari conuenit. *d. l. dolum. d. l. interpositas. vbi gl. verb. qualitas.* Quod si dicatur, Tutores in dolo fuisse, eo ipso quod renunciare fecerint filias minores hereditati paternæ, siue decreto, hoc enim ipsum est contra leges *l. 3. & tot. tit. de reb. cor.* sc. ad renunciationem certi hereditarij iuris, qꝫ pro re immobili habetur. *l iubemus. C. de SS. Eccles.* Tiraq. *de Retract. §. 1. gl. 6. & 7. per tot.* minores inducere. Bald. & Dd. *in l. 1. C. si ad donat.* præsertim cum hæc liquidi iuris sit remissio. *l. si quis delegauerit.* vbi Bart. *de Nouat. l. 4. C. eo.* donationem autem facere minores, vel auctore tutore, curatoreue, legib. prohibeantur. *l. non omni. C. de adm. Tutor. l. cum plures. §. cum Tutor. de adm. Tutor.* qui autem contra leges contrahit est in dolo, *l. quemadmodũ. C. de Agric. & cens. lib. 11. c. qui contra. de R. I. in 6. l. qui à quolibet. de contrah. empt.* quia scienter faciẽs rem sibi prohibitã, videtur esse in dolo. Ias. *in l. si quis cum aliter. n. 9. de V. O.* Ad hoc responderi potest, ea iura ꝓcedere, quando quis contra ꝓhibitionẽ apertam legis mercatur. Gl. magn. *l. 1. C. de pact.* Huic autem renunciationi,

quam auctore tutore facit minor, lex non resistit, imo assistit. *tot. tit. Inst. de auctor. tuto. l. 1. & tot. tit. C. si Minor se hered. l. 1.* vbi Bald. *C. si adu. donat.* Et quamuis requiratur in alienatione immobilium solennitas Decreti: tamen etsi ea solennitas omittatur, non dicitur contractus fieri contra legem, sed præter legem, quia lex ei non resistit, sed neque assistit. Ita hunc Minorum contractũ à contractibus q contra leges sunt Dd. distinguunt. Bart. *num. 8.* Castr. *n. 11. in l. is cui bonis. de V. O.* Br. *d. l. si quis pro eo. num. 11. & 12.* Et quamuis hanc distinctionem reprobent quidam, quos recenset Iason *in d. l. is cui bon. in fin.* Tamen procul dubio vera est, cum Minor contrahit, tutore vel curatore auctore, vt in nostro casu. Talem enim contractum lex non prohibet, imo permittit, quamuis interdum ex causa velit decretum iudicis accedere. Cum ergo hic non inueniatur contractum contra legem, non potest dici dolus ex proposito ex sola ratione interuenisse, & per consequens potius in dubio pręsumenda erit bona fides, quam mala, in Tutore res pupilli gerente; *tex. l. hoc autem 7. de admin. Tuto.* Dyn. *c. qui contra. nu. 5.* præsertim, cum præcipuus hic contractus nihil aliud fuerit, quam vera diuisio, quam lex omnimodo, præsertim prouocante ad diuisionem maiore, *l. pen. C. de præd. Mino. l. si pupillorum. de Reb. eorum.* Tutoribus sine decretô permittit. *l. inter 20. de auctor. Tutor.* Bald. *l. 1. num. 4. C. si aduers. vend.* etiamsi auferendarum litium causa renunciatio vice accessionis fuerit addita. Nam hac diuisionis forma quotidie vtimur, vt dicit Bald. *l. tres fratres. num. 3. de pact.* Magis autem intuendum est principale negotium, quod agitur, quam accessorium, vt fraus abesse videatur, & alienatio valeat. *l. in modicis. de contrah. emp.* Et vtile per inutile non debet vitiari. Iason *l. vinum. num. 33. si cert. petat. l. sancimus. C. de donat.* maximè cum his agnati interuenerint, & auctoritas iudicis accesserit, & apud Acta renunciatio sit facta, quæ res præsumptionem doli excludit. Angel. *§. quadrupli.*

*drupli.num.11.Instit.de Act.& ib.*Iason *num.63.*Bart. *l.frater à fratre. de condict. indeb.* Gl. Dd. *l.Polla.C.de his quibus vt indign.* Eodem modo respondetur ad obiectum, quod tutores contra leges renunciarint debita liquida minorum, aut minores repudiare passi sunt. Nam inprimis principalis contractus hic fuit diuisio, etiamsi accessit in parte refutatio, vt fieri quotidie in diuisionibus nobilium, præsertim puellarum, respectu fratrum solet. Bald. *in d l.tres fratres.& l.1.C si aduer. donat.c.2.de pact.in 6.* Deinde non simpliciter prohibet lex donare, sed non vult fieri sine causa. Nam ex causa etiam donare simpliciter Tutor potest, vt administrator Principis, si hoc eius personam deceat. Iason *in d.l.pactum.C.de pact.* Prçterea remittere, seu transigere ex causa potest Tutor. *l.interdum.§.qui tutelam.de furt.l.1.& 2.C.si ad trãsact.* Gl. *l.tutor 35.in pr.de iureiur.* quę qualis qualis si subsit, à dolo excusat, etiam iniusta & bestialis, vt loquuntur Dd. *l.igitur.§.potest. de liber.caus.* Gl. *ver. iudicem, in l.vn.* quam Dd sequuntur. *Si quis ius dic.non obtemp.* Ias. *l.2.n.2.de Carb.edict.* Quare leuis aliqua occasio, puta ignorantia etiam crassa, aut error iuris excusat à dolo, vt late Socin. *cons.108. in hac cõsultatione.n.12.vol.1.* Hic autẽ Tutores potuerũt ignorare, quantum fuerit in bonis paternis, præsertim cum mater ea per annos decem sola administrarit, vnde non sunt dolosi, quamuis transigant, sed magis decepti dici possunt. *l.qui cum tutor.§.qui per fallaciam.de transact.* Et si dicatur, q̃ debuerint inquirere, respondetur, in eo magis culpã, q̃ dolum verti, quod etsi maximè sciuerint, tamẽ videntur aliquam habuisse transigendi vel renunciandi causam: non enim hoc simpliciter fecerunt, & animo donandi, quę donatio sola prohibita est, sed constituta filiabus ampla dote, quæ legitimam duplo ferè superaret, vt hic dolus & deceptio abfuisse videantur, per ea q̃ tradit Gemin. *n.12.d.c.quamuis.* & Anchoran. *n.1.* Etiamsi pro maiori quantitate minor sit accepta ad lites amputandas. *d l.interpositas.* vbi post Salyc. Iason *n.4.* Prçterea

noluerunt hic forte Tutores suscipere lites huius rei gratia cum matre & nobilibus fratribus valde potentibus, ac opulentis, quæ sola ratio ad excusandam à dolo renunciationem sufficit. Curt. *cons. 52. nu. 20. vol. 2.* Alciat. *de Præsumpt. reg. 7. præsumpt 27. cũ ibi alleg.* prçsertim cum omnis euentus litis sit dubius. Gl. *vlt. in l. Lucius. 78. §. fin. ad Trebell.* & sit honestus & laudãdus animus execrantis lites, maximè inter liberos, matrẽ, fratres & sorores. Accedit q; in hac transactione, seu renunciatione interuenerit matris auctoritas & volũntas, cuius par affectio erga liberos omnem fraudis suspicionem amouet. *l. non solum. §. 1. de Ritu nupt.* quæ etsi in auo loquatur, tamen ea rectè extenditur ad matrẽ, propter parẽ vel potius maiorem affectum. Ex quibus omnib. intellectu facile est, vel difficulter, vel nullo modo ꝓbari posse, dolo ex ꝓposito filias inductas esse ad renunciandum. Iam nec talẽ dolum, qui consensum impediuerit, interuenisse intelligi licet ex eo, quod etsi certioratę nõ fuerint filię de quantitate hereditatis paternę, tamen in genere de ea scire potuerunt, imo sciuerunt, quoniam per 10. annos à morte patris cum matre fuerunt. Nam qui diu est in bonis antiquis, hoc est, per multum temporis, siue ea mobilia sint, siue immobilia, præsumitur verisimiliter eorum quantitatem scire. *Gl. l. quisquam. ver. debuerit. C. de resc. vend.* Sufficit autem ad validitatem iuramenti & consensum, qui in eo requiritur, in genere scire qua de re agatur. Bart. *in d. Auth. Sacramenta n. 6.* Et certiorari nõ debet, qui rem nouit. *l. si legibus.* Gl. *verb. imputari. C. de Episc. audient. per l. 1. in fin. de act. empt.* Sed & quoad iusiurandum non requiri certiorationem in minoribus ac mulieribus, est magis recepta opinio, vt probat Gabr. *lib. 2. de iureiur. concl. 3. per tot.* Deinde hic iusiurandum fuit præstitum, non statim in ipsa renunciatione, ita vt videri posset, eadem facilitate datum, qua facta est renunciatio, sed ex interuallo apud acta, vt etiamsi dolus renunciatione interuenisset, videretur tamen purgatus per matu-

maturam deliberationem intermedii temporis. Innoc. *post gl.c.cum contingat.n.9.arg.auth.siue à me.C.ad SC. Vell.* Iason *in §.fuerat.n.80. Inst.de action.l.si ex cautione.* vbi Dd. *C.de non num. pecun.* Tertio iusiurandum hic fuit præstitum apud acta & interueniente iudicis auctoritate, quę omnem solennitatem superat. *l.omnium.C.de testam.* & omnem fraudis suspicionem excludit, ita vt etiam præsumptio doli, q̄ sumitur ex eo quod non est interpositum decretum, tollatur, si auctoritas iudicis interueniat, quæ est loco decreti *l.sed etsi præses.C.de prad. minor.* Bald. *in l.1.nu.4.C.si aduers.trans.* Et hæc de oppositione doli sufficiant. Nunc de metu dicendum, qui saltem reuerentialis videtur interuenisse, in quo tenendum breuiter. Etsi minor metus requiritur in fœmina quam in mare *c.cum locum.de sponsal.* Decius *l.omnibus.n.3.de R.I.* Iason *d.l.interpositas.n.4.* tamen ex sola patris aut matris aut mariti reuerentia metum non probari, nisi accedant verbera, minæ aut aliæ coactiones, *l.ad inuidiam.C.de his quæ vi metusue caus.c.ex literis. de despons.imp.* Bart. *l.1.§.quæ onerandæ.n.4.quar.rer.act.* Iason *iam d.l.interpositas.* Immol. *c.quintaual.n.46.* Innoc. *c.causam.de offic.deleg.* Et ita in terminis hoc est in filia renunciante decidit Ph.Franc. *c.quamuis.n.2.* reprobans Baldi doctrinam *in d.l.interpositas.* Idq; duabus rationibus.

Primo quia text. *d.c.* vult metum probari si filia contrauenire velit iureiurando, quod patri dedit renuncians hereditati. Ergo ex sola reuerentia patris metus non præsumitur, alioquin ibi non esset probandus.

Secundo, quia affectus paternus omnem aufert suspicionem *d.l.non solum.* Quodsi hæc vera sunt in reuerentia, quæ patri debetur, multo magis certe obtinere debent in reuerentia, quam habere potest minor puella erga matrem, fratres, vel curatores, quæ procul dubio longe minor est. *arg. l.in copulandis.C.de nupt.* Quare ex hoc solo capite dici non potest metu iusiurandum extortum, præsertim quod apud

Acta factum est, vbi iudicis præsentia omnem suspicionem excludit. *dd. iurib.*

Iam quod ad illam quæstionem attinet, an non possint filiæ petere absolutionem propter dolũ, aut certe læsionem enormem? Videtur prima facie, quod sic. Nam iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis. *c. quanto, de iureiu. c. 1. eo. in 6.* Quæ certa iniquitas subest reipsa, in hac renunciatione, quia filiæ ob mediocrem dotem largæ opulentæq; hereditati renunciarunt. *d. l. si quis non aliter.* & ita decidit Petr. de Anchor. *in repetit. c. statuta. de constitut.* Vbi similem casum allegat, in quo patruus dederat nepti ex fratre dotẽ, & fecerat eã renunciare hereditati cum iuramẽto, dicit Anchor. se ita consuluisse, quod deberet petere absolutionem. Et ita concludit in *c. quamuis.* addens, quod sit enormis læsio, quãdo est vltra dimidiũ eius ꝙ accepit. *l. 2. C. de resc. ven.* Ratio, quia Renunciatio non videtur ad immoderata esse extendenda, Immol. *d. c. quintauallis. n. 45.* Atq; hanc esse cõmunem, vt filia sic læsa debeat per absolutionẽ restitui, quæ ius suũ persequi possit, testatur Soarez *Thesau. rec. sentent. ve s. filiæ. n. 30.* Decius *cons. 203. nu. 5.* Viuius *1. com. opin. 221.* nec iuratã renunciationẽ extendi ad enormissimã pluribus firmat Crauet. *cons. 192. nu. 2. & 3 cũ mult. ib. alleg. & cõs. 7. n. 5. cons. 142. n. 23* Dec. *cons. 203. n. 1. 2. & 3. & per tot.* Paris. *cons. 96. vol. 1.* maxime quãdo docetur de læsione. Panor. *cons. 96. vol. 1. n 9. & 10.* præsertim enormissima. Paris. *cons. 99. n. 20. vol. 1.* Couar. *d. c. 2. §. 4. & 6. par. 3.* Decius & Crauet. *alleg. loc.* Castrens. *cons. 305. notandũ vol. 2.* Anchor. *cons. 182.* Schurff. *17. cons. 1. quæritur n. 1. 2. & 3.* vbi dicit hãc esse cõmun. opinionẽ ꝙ ꝓpter enormẽ læsionẽ debeat iuramẽtũ remitti Crau. *cons. 142. n. 24* Maurit. *de in integ. restit. c. 310.* Gail. *2. obs. 77. n. 11.* pręsertim, cũ cõcurrit minor ætas, & sexus fragilitas, nẽpe muliebris, vt in præsenti casu. sicuti hanc quoq; cõmunẽ faciunt Turzan. *com opin. 159.* Couar. *d. c. p. 3. §. 4. n. 6.* Etsi autẽ hęc opinio habeat assertores plurimos, & procedere posset, quãdo dolus reuera dedit causam iureiurando, ita vt non valeat,

modo post mortem patris, in totum fieri potest, secund. Picum *in l. post contractum. de donat.* Quia confiscatio bonorum licet præiudicet filio in vita delinquentis, non tamē post mortem eius. *arg. l. Statius. §. Cornelio. de iur. fisc.* Facit *l. peto. §. prædiū. de leg. 2.* tradit Alex. *in l. si finita. §. si de vect galibus, de damno infect.* Ideo multo magis in nostro casu, post mortem renunciantis patris, reuocat Dominus Consulens renunciatum, cum re, & consilio pater sua renunciatione gratuita ipsum læserit. Et vt de hoc nulla sit dubitatio, nec vllus locus in contrarium remaneat indissolutus, dabimus generalem solutionem, videlicet quod hæc bona renunciata fuere, & sunt bona feudalia antiqua, siue à maioribus descendētia. Pro regula vero traditur, q̄ in his nulla præiudicare potest filiis patris dispositio, renūciatio, vel aliud quoduis factū secund. Bald. *in l. qui se patris. C. vn. liberi.* & Decium, qui per plura hoc concludit *cons. 185.* Et idem tenent Bart. Angel. & Paul. de Castr. *C. si quid in fraud. patr.* Quia tali casu filius feudū petere potest, vt filius, & cui ex prouidentia hoc competat. Quo fundamēto licite cōtrauenire potest facto patris secūd. Alex *cons. 27. vol. 5.* Et licet filius nō velit esse heres vltimo loco defuncto, vt ita ꝓpter id, vel vt heres non possit venire cōtra factum ꝑdefuncti, satis est, q̄ hoc casu sit heres primi acquirentis, hoc est, de eius linea descendentis. Nā ex illo capite potest, nō obstāte facto patris, ad feudū renunciatum venire, illudq; vendicare & repetere, secund. Cald. *cons. 13.* Marsil. Laud. & Cald. *in tit. de success. feudi.* & alias cōmuniter Feudistę Ex quibus omnibus, ni fallor, satis patet, hoc renunciationis negotium, sicuti nec in causa efficiēte, ita etiā neq; in causa materiali, neq; formali quoq; consistere. Quæ cum ita sint facile inde colligitur, renunciationē ꝑsentem cum suo iuramento in finali quoq; causa nō subsistere. Nā cum in negotiis causa finalis vno modo dicatur ipsa ratio, principaliter mouens aliquem ad contrahendum, siue disponendum, quæ

causa,

causa, sicum actu, siue contractu deficit vel improbatur, etiā ipse actus vel cōtractus deficit, vel reprobatur, *iuxt. l. fin. de hered. inst. l. cum pater §. dulcissimis. de legat. 2. l. 2. § fin. cum leg. seq. de donat. l. si pater C. de hered. instit.* Et ideo etiam talis actus in illa causa deficiens etiam iuramento nō firmatur, quia eandem causam finalem & conditionem, q̃ habet contractus principalis in se, recipit etiā iuramentum super eo interpositum, vt notat. *in l. fin. C. de non num pecun.* Quando igitur in hoc negotio ipsam rationē principaliter & originaliter mouentem Dominum Reinhardum ad renunciandum inspicimus, inueniem⁹, eā absq; dubio fuisse & esse Simoniā. Nā ex facti narratione apparet, ꝙ ipse & Gothardus frater in minore ætate renunciarint bonis paternis, & maternis, nec nō feudalibus & facti deinde fuerint spirituales, ibi nemo erit q negabit, causam finalē mouentē ipsos ad renunciandum fuisse beneficium Ecclesiasticum ꝙ in recōpensam renunciationis exspectarunt, vel acceptarunt. Nā clari iuris est, dare aut remittere aliquid temporale pro spirituali consequendo beneficio inducere Simoniam. *c. non sa. in c. dilectus. c. quoniam. extr. de Simon.* Gl. *in c. suam. 1 q. 1.* vbi multis auctoritatibus hoc tam graue crimen detestatur. Est n. crimen publicum, quod æquiparatur crimini læsæ Maiestatis, iuxt. Gl. & Felyn. *in rubr. extr. de Simon.* vbi aiūt, inter cætera crimina Simonia obtinet primū locum, & cætera respectu huius pro nihilo reputantur *iux. c. fin. 5. q. 7.* Itē donans vel remittens alicui promotori aliquid pro consequendo beneficio illa donatio vel remissio est colorata & simoniaca, Bald. *in l. ab Anastasio. n. 3. C. Mandat.* sed Simonia viciat contractum ipso iure, vt not. *Paul. in c. constitutus. n. 4. extr. de relig. dom. & in cap. etsi Christus. nu. 21. de iureiur.* Etsi, licet ad talem simoniacam renunciationem accesserit iuramentum, tum sicuti ipsa Simonia, seu causa finalis propter turpitudinem est omni iure diuino, & humano prohibita.

hibita, *di. 7. tit. de sim. Itē C. & ff. de Ambitu.* Est enim Simonia idem quod ambitus, vt dicit Bart. *in l. 1. de ambitu.* Ita iuramentum, quod accessit ad eam roborandam, ipso iure non obligat: est enim iuramētum in proposito plane accessorium, vt quod accessit ad protegendum actum, sicuti Bald. loquitur *in §. item Sacramenta. de pac. iur. fir.* Cum igitur ipsum principale, videlicet Simoniaca refutatio, tanquam in prohibito fine conquiescens non subsistat, etiam ipsum iuramentum tanquam accessorium valere non potest, nec est obligatorium, nec confirmat rem, de qua agitur *c. vbi. §. caterum in fin. de Elect. in 6 cap. 2. de reb. eccles. non alien. l. non est dubium* & ib. *Dd. de legib.* Quæ enim contra leges vel Canones fiunt pro infectis habentur. *l. iubemus. §. sane. C. de SS. Eccles. l. non dubium. C de legib. l. quod de bonis. ad l. Falcid. c. si diligenti. extra de foro compet.* Et si hoc non esset, sequeretur iuramentum iniquitatis vinculum esse, quod horrendum dictu esset. Porro alio modo finalis dicitur in contractibus ipse effectus, qui ex ipso contractu seu actu insurgit, & ad quem actus ordinatur, & propter talem effectum, seu finem contractus siue actus octo modis reprobatur in iure, & inter cæteros quandoq; actus reprobatur propter publicam vtilitatem principaliter, quādoq; propter quod tendit in præiudicium tertii, deniq; quia fit contra bonos mores, in quibus modis pro generali regula traditum est, sicut ipse contractus & actus reprobatur in istis modis, ita etiam ipsum iuramentum adiectum reprobatur, nec firmat contractum. De primo modo est tex. *in c. si diligenti. extr de foro, compet.* d. Gl. *in l. 2. l. quemadmodum. C. de agr. & censit. lib. 11.* De secundo est *in c. cum contingat. in fin. extr. de iureiur. & c. 2. de pact in 6. l. fin. in princ. Ad Municipal.* De tertio est *in c. non est obligatorium. de R. iur.* Iam in nostro casu causa finalis, siue effectus renunciationis est Simonia, & ille effectus tendit contra publicam vtilitatem, item in præiudiciū tertii, & etiam est contra bonos mores. Nam quod

sit

Et contra publicam vtilitatem patet, quia pro hæreti habetur ipsa Simonia, *c. quoties de Simonia*. Item pro peste, quæ sua magnitudine alios morbos vincat. *c. sicut. d. tit.* Vnde causa huius prohibitionis non est temporanea, aut conditionata, sed simplex, directa, & perpetua. Item contra faciens, contra publicam vtilitatem venire dicitur, & propterea nihil debet operari iuramentum adiectum, vt supra dictum est. Et si hoc non diceretur, fraus fieret iuri diuino & humano. *contra l. 1. & l. q. §. q. 2. ll. & contra c. certum. de reg. iur. & cap. quamuis. de priuileg.* Quandoquidem prohibitum per viam directam non debet per viam indirectam concedi. *l. Seio. §. 1.* & ibi. Bart. *de Tutor. dat. ab his. & c. cum quid. de R. I.*

Quod si hic obiiciat quispiam, Dominum Reinhardum renunciantem in vltima renunciatione Anno 37. facta non respexisse ad beneficium Ecclesiasticum acquirendum, sed ad contrahendum matrimonium, & ideo prædicta iura de Simonia huc non quadrare: Ad hoc responderi potest, initium cuiusq; rei spectandum esse. Prima enim renunciatio eo respexit, & illa eadem Anno 37. repetita fuit, & non alia facta. Quod iuris igitur in vna, erit etiam in altera, cum subrogatum sapiat naturam sui subrogati. Porro etsi hoc in considerationem deberet venire, quod videlicet in vltima renunciatione respexisset renuncians ad matrimoniū contrahēdū, tñ adhuc dicetur, sicut illius vltimę renunciationis æque de iure improbatū, sunt ille, qui fuit in prima. Nā sicut ex tenore renūciationis apparet, est illa absq; dubio facta ob metū quorundā, qui alias concedere noluerunt, vt dominus Reinhardus contraheret matrimoniū, timentes vt ex renunciatione patet, ne iuniori Principi Wenceslao, si liberi postea procrearentur ex illo matrimonio, negotiū in bonis fieret. Iā aūt certi iuris est, neminē debere coerceri à matrimonio. Nā omnis promissio pœnæ vel renunciatio bonorū, per quā tollitur libera facultas contrahendi matrimonium, est ex parte

Ff peren-

petentis talē promissionē contra bonos mores, *iux. l. Titia. in princ. de verb. oblig.* Ergo in odium ipsius nō valet nec iuramētum ligat, secund. Humbert. *in d. auth. Sacramēta puberu. n. 142.* Bart. *d. l. Titia.* Imo non immerito retractatur sine dispensatione, qa dominus sollicitans talem renunciationē, q tn tertius fuit, & cuius nihil interfuit, per talē renunciationē fecit, Dominū Reinhardum abdicare studiū alendi, & in statu & honore conseruādi liberos, sicut ex ipsa renunciatione apparet, q videlicet ꝑpterea facta fuerit, ne liberi supuenientes dicti renunciantis quicq̄ iuris pro suo statu conseruado habere deberent contra renunciantem suosq; liberos, q contra bonos mores est, & ideo iuramentū non valet *l. velati. de iureiur.* Facit *l. 2. de donat. int. vir. & ux.* Quia educatio est de iure naturali. *Instit. de iur. natur. gent.* Et ideo iuramentum contra tale ius naturale non valet. *c. cum quidam. & c. Quintauallis. de iureiur.* Specul. *tit. qui filii sint legitimi. vers. sed pone.* Restringit enim ius futurorum liberorum *contra l. si vnquam. C. de reuoc. don* quod fieri non debet, etiam cum iuramento, vel ex quo expresse mentio facta fuerit futurorū liberorum in dicta renunciatione. fuit re & consilio inofficiosa, etiam cum iuramento absq; hoc, quod ius tertii, hoc est futurorum liberorum, per talem renunciationem læsum fuerit, hoc est eorum, qui proprio iure ad renunciata bona feudalia antiqua venire possunt, ex quo sibi ex prouidētia contigerūt maiorū, & legis, quod ius illis vt tertiis, per illam renunciationē vtut iuratam auferri non potuit, sicut hæc omnia supra late dicta sunt. Non opus erit igitur dispensatione nostro casu. Et ita videre est, illa renunciatio vertatur in quem casum, vel causam velit, subsistere tamen eam non posse. Et ideo dicendum, domino Consulenti prætensam renunciationem nihil obstare, nec per argumenta principio in contrarium allegata contra ipsum saluari posse, suntque per prædicta

dicta iam diluta. Et in specie ad ea vbi prætenditur, hominem sui iuris, sua bona habere in libero administranda arbitrio, & ideo iis renunciare posse. &c. Respondetur hoc verum esse, cæteris paribus, & non vbi lex resistit, vel renunciationem ratam habere non vult, sicut ex nostro casu apparet.

Secundo respondetur ad ea, quæ de iuramento seruando, & confirmando contractum dicta sunt, quod illa etiam in suis terminis locum habeant, videlicet, quando sumus in casu prohibitionis, propter vtilitatem publicam secundario, & vbi non læditur ius tertii, nec contra bonos mores iuratum est, secund. Bart. *in l. si quis pro eo. num. 8 de fideiuss.* & sequuntur Dd. *in d. l. non est dubium. & d. Auth. Sacramenta.* & Canonistæ *in d. cap. cum contingat. & cap. quamuis.* In nostro autem casu prohibitio est facta, propter vtilitatem publicam principaliter, & perpetuo, vt ex supr. dictis late patet. Ergo de iuramento in contrarium allegata iura nihil obstant.

Tertio non stringit, quod de patris Adriani testamento, & Imperatoris confirmatione desuper facta prætensum fuit. Nam de neutro constat, & si constaret, Domino Consulenti tamen præiudicare non posset. Nam oporteret illa tria ordine coniuncta esse, videlicet patris testamentum, vt præcederet, & consensus eorum, de quorum interesse agitur, sequeretur, & ad illorum consensum accederet Imperatoris tanquam Domini feudi confirmatio, quorum tamen nullum vere extat.

Nam etiamsi testamentum produceretur: tamen non constat Interessentes in id consensisse, vel patri consensum dedisse, & ad testamentum suæ portioni renunciasse, in specie. Deinde non constat ad consensum liberorum Imperatorem consensisse, ipsique plane de eo constitisse vel

bene de eo informatum proprio motu consensisse, sicut tamen oportuisset, si res valere debuisset, sicuti ex quodam Zasii consilio videre est, vbi in consulendo super tali simili renunciationis casu, prædictam harmoniam seruat & quando deficere eam in casu proposito vidit, adhuc seruari, & vt fiat procuretur suadet, & consulit, vt *in consil. 20. li. 2.*

Porro prædicta de testamento, vasalli consensu, successorum, & confirmatione Domini feudi vera credere possem, & obtinere, quoad extraneos successores, & etiam quoad ipsam personam, in testamentum consentientem, non autem quoad descendentes. Nam sicut illis in feudo præiudicari non potuit testando vel renunciando, cũ adeo ex proprio iure & ex ꝓuidentia veniant, vt *supra* late dictũ per Cyn. Angel. Paul. de Castr. & alios *in l. apud Iulian. § si quis. de legat. 1.* Ita etiam neq; per Imp. vel dominum feudi confirmando quicquam illis præiudicari potuit. Imperator enim non potest vasallis ius quæsitũ ex antiquis inuestituris auferre & in aliũ transferre. *arg. l. rescripta. l. quoties. C. de prec. Imp.* Gl. & Bald. *in c. 1. de feud. sine culp. non amitt.* Debet enim beneficium primo loco à Principe concessum permanere, & non tolli. Decius *de re iudic. lib. 6.* alioquin Princeps diceretur venire cõtra ꝓmissiones & obligationes p eũ vel antecessores factas in antiqua inuestitura, q, ei nõ est permissum, iuxt *l. digna vox. C. de leg.* & tradita per Bald. *in c. de natur. feud.* Nam, vt ibi inquit Bald. licet Deus summo Imperatori subiecerit leges, nõ tamen contractus, ex quibus obligatur, & ad propositũ dixit Felyn. *in c. quæ in Ecclesiarũ. de constit.* Principẽ non posse vasallo vtile dominiũ feudi sine iusta causa auferre, cũ illud habeat vasallus ex contractu, & ratione contractus, & id plenius idẽ tradit *in eod. c. vers. limita secundo.* Iason *int cõs. Alb Brun. cons.* & Cur. iun. *in Tr. feud. 2 par. in 12. quæst.* Nam pater vel renunciauit, cum non haberet liberos, & reuocatur renunciatio ipso iure, & in totum etiam viuo patre, vel iam habuit liberos, vel

vel cogitauit de iis, & vt inofficiosa re & consilio reuocatur in totum post mortem patris. Cum igitur hic simus in casu præmorientis renunciationis, credo factam renunciationem Domino Consulenti, & modo retractare volenti, præiudicare & obstare non posse. Et per ea etiam satis diluta, quæ in vers. Est enim generalis regula, de persona propria, supra allegata sunt. Quarto loco, quæ in oppositum dicta sunt, non procedunt, vbi quis ex iure & successione alterius venit, & non proprio iure, vel alias beneficio & speciali concessione legis, prout in nostro casu fit. Et sic hanc primam quæstionem Argumentis, & iuris fundamentis, saluo tamen aliorum, & meliori iudicio, discussam relinquemus.

Auff die ander vnd dritte Frag.

AVff die ander Frag / was von den Tractäten / Vnderredungen vnd Verträgen zu M. D. vnnd H. auffgericht / vnd darauff erfolgte Huldigung vnd Annemmung darin deputirter Land vnd Leut zu halten / ob sie kräfftig vnd den Herzn Consulenten verbinden oder nicht / soll hierunden in Erledigung der vberschickten Quæstionen vnnd Fragen geantwort werden / da dann solcher Handlung in specie gedacht wirdt.

Die dritte Frag aber anlangend / durch was Mittel vnnd Weg S. Gnaden zu dem jenigen / dessen sie befugt / kommen möge / vnd gegen Wem / auch für welchem Richter S. F. G. solches anzustellen haben / darauff ist kürtzlich zu antworten / daß auß den vberschickten facti narrationibus so viel erscheint / daß die Forderung auff zweyerley gerichtet werden muß. Erstlich auff die angefallene Land vnd Leute / so von Hertzog D. seligen Sohn / vnd von Herzn Christian König in Demmenmarck / auch Hertzog D. Heinrichen dem nechstgewesenen Churfürsten erledigt seyn / vnd dann zum andern auff die / so deß Consulten Vatter renunciirt haben soll. Auff die erste Forderung / weil die Sach gegen die possessores, vnd coram ordinario, als für dem Keys. Cammerge-

 richt

richt/weil es Fürsten/ anzustellen vnd außzuführen seyn/ per petitionem hereditatis, vel familiæ erciscundæ iudicium. Nam tunc non opus est probare dominium, sicut oporteret, si rei vendicatio institueretur. *in l. non tantum. de petit. h. red.*

Was auch für Güter zu fordern seyen/ ist leichtlich auß der Erbtheilung mit A. Gemerck zuersehen/ vnd haben die possessores sich nicht zu behelffen mit deß Herrn Consulenten Vatters Verzicht/ weil dieselbige auff deß Vatters Güter gericht/ vnd nicht auff der Brüder vnnd Vettern Fälle/ dann da agirt man ex alio capite. So haben sich die Fälle zum Theil der Zeit nicht zugetragen gehabt/ als der Verzicht geschehen. Ergo mag er auch ad ius futurum nicht extendirt werden. Iuri enim futuro renunciari non potest, nec renunciatio ad aliud extenditur, quam super quo fuit facta, *iun ib. vulg.*

Im andern Fall aber hat es ein wenig ein andere Gestalt/ quoniam ibi iuramentum interuenit & Simonia, vt supra late disputatum est. Ideo iudex Ecclesiasticus adeundus videtur. Nam licet secundum Panor. *in c. si vero. de iureiur.* dici posset, propria auctoritate contra iuramentum illud Dominum Consulentem venire posse, cum sit illicitum, itemque constet sicut supra dictum est, patris aut matris iuramentum liberis nihil nocere tamen tutius fuerit, absolutionem prius petere, Imol. Gl. & Dd. *in c. verum. & in c. si vero eod.* Nam & heres ad obseruantiam contractus propter iuramentum patris compellitur. Felyn. *c. 1. de iur.* Bald. *in l. fin. C. de non num. pecun.* Vnde cum iuramentũ sit de iure diuino, vt not. *c. etsi Christus. de iur.* Ideo Ecclesiasticus iudex adeundus erit, nimirum eius loci Episcopus ordinarius pro absolutione iuxt. Immol. *in c. ad aures. de iis quæ vi metusue.* & Panor. *d. c. si vero.* Quoniam Ecclesiasticus iudex habet iurisd. in laicos, ratione iuramenti, non solum quando agitur de eius remissione, & absolutione, vt sc. compellantur suscipientes ad relaxationem eius. *c. 1. extr. de iureiur.* & ibi not. Dd. & Panor. *in c. sicut. d. tit.* Et ideo

quoq;

quoque omissa altercatione, an pars aduersa etiam vocanda sit, nec ne, sequemur communem opinionem Dd ac dicemus, Dominum Consulentem rectius facturum si procuret, vt aduersarius Princeps Wenceslaus eo vocetur, cum is in hoc casu, ceu Domini Ludolphi, cui iuramentum factum est, filius, & qui bona possidet, conueniri debeat. Cum.n.negotij, & causæ cuiusq; merita, partium assertione pandantur *l.fin.C.vnd.vi,* non nisi præsentibus illis potest hoc fieri. *c. cum ex liberis. de in integr. restit.l.n n causa.§.causæ.de minor.* Et absolutio debet fieri causa cognita. Innoc. *d.c. ad aures.* Et tunc præsentibus, vel contumaciter absentibus, causa consequendæ absolutionis tractanda est. Proinde illa petitio, quam proponet Dominus Consulens coram Episcopo, pro consequenda absolutione debet continere non solum causas inualiditatis renunciationis, & iuraméti, sed etiam singula capita renunciationis, & propterea totaliter debét Episcopo proponi. Formula extat apud Lud. Rom. *in cons. 326.* & Dd. *in c. 1. c. debitores. c. Quintauallis. de iureiur.* Episcopus tunc ad relaxationē procedere tenet, & iniungere parti aduersæ vt remittat iuramentum, vel si id nolit pars aduersa ipse absoluat à iuraméto, aut istud declaret nullum, & actorem non ligare. etsi non potest tunc dici, quasi actor contra honorem & iuramentum patris veniat, secund. Gl. *c. ad nostrum. de iureiur. & in c. tua dudum. de vsur.* Panor. Hostiens. & Innoc. *in d.c. debitores.* Estque sic quoque obstaculum amotum, sc. ipsa renunciatio vt titulus Domini Wenceslai Principis, & potest tunc Dominus actor vrgere Episcopum ad implorandum brachium seculare, vt sibi fiat iustitia, & immittatur in suam debitam partem. Quia amoto obstaculo, & titulo rei Domini Wenceslai debetur Domino actori sua portio. Nam per prædictam renunciationem omne ius, quod Dominus actor ad dictam suam portionem habet, hoc est, ipsa petitio hereditatis vel familiæ herciscundæ iudicium ad Episcopum defertur,

ibi

ibi ventilatur, sicut in simili dicimus, de querela inofficiosi testamenti. Nam rescisso testamento per querelam datur petitio hereditatis, quę simul in istum euentum ad compensandam litem proponi potest, *vt l. Papinianus. §. fin.* & ibi Dd. *de inoff. testam.* Auß welchem allem nun die gantze Notturfft deß Herrn Consulenten gnugsam erscheint/daß weiter auff die fürgestelte Quæstiones zu antworten ohne Noht/dann dieselbe zum Theil als vnnötig/ zum Theil auch allbereit ex supra dictis erklärt/auß diesem allem leichtlich zu entscheyden seyn. Damit aber deß Herrn Consulenten gnädigem Begehren in allem gnug geschehe/wil ich die vberschickten Fragen vnd Quæstiones auffs kürtzest durchlauffen. Auff die erste Frag/was von deß H. M. vnd Stumpffen/ auch anderer Geburtstaffel/ vnd Genealogien zu achten/ist kürtzlich zu antworten/ ob wol libri Chronicorum, & scripta antiqua aliquam fidem machen/ iuxt. Felyn. *in c. fin. de Rescript.* & Hippol. de Marsil. *in singular. suo 435.* So ist doch zu besorgen / daß niemand auß seiner Possession damit gesetzt werden möge/ cum saltem iudicium & semiplenam probationem faciant, per prædictos. Weil nun semiplena probatio nicht gnugsam ist ad destituendum aliquem de possessione, sonder pro insufficienti zu achten/ ist kein Zweiffel/man werde die/ so in possessione der Chur sitzen/auch lange Jahr gesessen/ mit Münsteri vnd Stumpffs Chronicken nicht darauß setzen können/ vnd sonderlich / weil sie vom Reich für die ältesten im Anfang reputirt, vnnd darauff Krafft habender Siegel vnnd Brieff damit beliehen. Stehet derwegen dem Herrn Consulenten nit zu rahten auff solche Chronicken principaliter etwas anzufangen. Die ander Quæstion betreffendt / mögen die gemein Gulden Bulla/ vnd Keyser Karl deß vierdten angezogen Decret, auch König vnd Keyser Sigismund. Erkanntnuß vnd Satzungen/ mit der folgenden Keyserlichen Bestettigung / auff nichts weiters / dann was in specie benant gezogen werden. Priuilegium enim est quædam gratiosa concessio, quæ est stricte intelligenda,

genda, nec latius quam concepta est, extendenda. Nam priuilegia nō sunt extendenda, etiam ex identitate rationis, secundu Card. *in clement. 1 de test.* qui per Gl. sing. ibi dicit, quando ius aliquod promulgatur per modum priuilegij, tunc nullo modo suum casum egreditur. Idem tenet Bald. *in l. humanitatis. C de I pub. & alij subslitut.* Darumb auch die gemeine Gulden Bulla, decreta, Erkanntnuß vnd Confirmation, auff kein ander Landt noch Güter / dann darinnen benannt / gezogen werden / noch dem Herrn Consulenten in etwas weiters præiudicieren, oder nachtheilig seyn können.

Auff die dritte Frag zu antworten/ob Gebrüdere oder Geschlechte in Fürstenthumben/Gebieten vnd Herrschafften/vnder sich sonderliche Geding der Erbfolg oder succession halben/machen können etc. Ist zuwissen/ daß die Rechtsgelehrten gar zweiffelhafftiger Meynung seynd. Nam hæc quæstio, an aliqua familia certas sibi successionis leges præscribere possit, à iure communi, & regulis successionū exorbitantes, &c. in vtramque partem à Dd. tractatur. Quidam enim volunt, quod non possint, Bart. *l. omnes. de iust. & iur.* Bald *in l. si quis. §. Quod quisque iur. & in l. 2 lt.* & ibi Salyc. *C. de iurisd. omn. Iudic.* Innoc. *in c. cum omnes. de const.* Ang. *l. Imperium. de iurisd.* Socin. *in l. 1. de iurisd.* Ripa *lib. 1. Resp. rum c 2.* Anchoranus *in c. 1. de const.* Bald. *consil. 31. & cons. 267. & 272. lib. 1 & consil. 386. lib. 4.* Alex. *consil. 111. lib. 1.* Matth. de Afflict. *in præludiis constit. Siciliæ.* Iohan. Andr & Hostiens. *in c. vlt. extr. de offic. ordin.* Et dicit Alex. *in l. 1. Quod quisq. iur.* hanc esse communem opinionem. Alij verò tenent contra, quod possint tales leges sibi facere, vt Ias. *in d. l. omnes populi* quamuis contrarium teneat *in l. si quis a filio. de legat. 1.*) *& cons. 71 lib. 3* Decius *in c. quæ in Ecclesiarum. de constit.* Alciat. *in c. quod sedem de off. ord.* Ang. sibi etiam contrarius, Immol & Raphael. *in l. 3. de Testa.* Crotus *in d. l. omnes.* Campeg. *in tract. de dote in vlt. part. quæst. 79.* Andr. de Isern. *in §. præter. 1. in tit. de prohib. feud. alien. per Frider.* Fr. Curt. *1 3 part. 1. quæst. de feud.*

Bald. etiam sibi non constans, *in consil. 347.* Guid. Pap. *cons. 131.* Socin. *cons. 61. lib. 1.* Carol. Ruin. sibi contrarius *in cõs. 19. & cons. 34. lib. 1* Paris. *cons. 72. lib. 4.* Sed quid ad hæc dicemus: Et mihi videtur supradictis non obstantibus de iure dicendum, quod prior opinio, sicut est communior, ita etiã verior sit, & quod maiori quoq; fulciatur ratione. Nam omnes hanc condendi potestaté ponunt in vno fundamento, videlicet iurisdictione, quam dicunt priorem opinionem tenentes in hac constituendi potestate necessariam esse, & cum familiæ ea careant, etiam tales leges sibi facere non posse. Alij secundam tenentes dicunt, in conficiendis statutis ea opus non esse, cum sibi quilibet populus statuta facere possit. Ergo etiam familia aliqua tales leges succedendi. Sed ꝓ conciliatione omnium sciendum est, oẽs populos siue habeant iurisdictionem, siue ea careant, statuta facere posse, super negotiis sibi cõuenientibus, sed nõ super iuris decisione. & sic citra publici iuris diminutionem. Nam soli Imp hoc licet. Iam successio iuris publici est, ergo priuatorum pactionibus immutari non debet. *l. ius publicum. de pact.* Deinde tale pactum aperte improbatur. *in l. stipulatio. de verb. oblig. l. ex eo. C. de inutil. stipul.* Hereditas enim & successio non nisi testamento dari potest. *l. hereditas. C. de pact. conu.* Nam successio per iuris modos deferri debet. *l. 4. de Testam.* Hereditas enim defertur iure publico, & sanguinis contemplatione. Quare priuatorum pactionibus immutari nõ potest. Auferunt enim talia pacta liberam testandi voluntatem, præbentq; causam captandi mortem, & sic sunt contra bonos mores, *iux. l. cum duobus. §. idem respondit. Pro Socio. l. sicut. C. de act. & oblig.* Et licet quis moderator, & arbiter sit rerum suarum, vt de iis pro libitu disponere possit: tamen si hoc post mortem facere velit, lex sibi certam formam condendi testamentum præscripsit, & tunc dispositio eius in id tempus procedit, quo res amplius sua non est, *l. in tempus. de hæred. instit.* & defertur successio *l. 1. de Testam l.* [illegible]

l. [illegible]

l. Codicillus § fin. de legat. 2. Quapropter, quoties verba contractus non obligationem præsentem respiciunt, sed post mortem futuram aduenientem, actus est nullus. Hic tamen negari non potest, si Imp. tales leges confirmaret, valere eas, citra autem eius confirmationem nullius momenti esse, *argum. l. fin. de Testam.* Bald. *in l. humanitatis. C. de leg.* Vbi hæc moderatio additur, vt tamen non porrigatur talis confirmata lex successionis de gradu in gradum, vel ad collaterales, præter ea quæ tradit Bart. & alij *in l. post dotem sol. matr.* Bald. *in Auth. Quas ruinas. Cod. de SS. Eccles.* Immola *in l. quod dicitur. de verb. obligat.* Anchor. *consil. 339.* Carol. Ruin. *consil 208. lib. 1. consil. 9. lib. 3.* Ex quibus satis patet, quatenus illæ pactiones tertiæ quæstionis valeant, & in quantum, præsertim finita linea, cuius intuitu talia pacta facta sunt, seruari debeant, cum, vt supra dictum est, de gradu in gradum non descendant. Et etiam quatenus illa regula, qui pari gradu, pariter succedant, per talia pacta mutari possit.

Die vierdte Quæstion, was von Hertzog A. Testament/ vnd Hertzog Reinhart darauff erfolgten Verzicht zuhalten/ vnd was dem anhängig/ ist auff Erledigung der ersten Hauptfrag dieses Rahtschlags hieroben gnugsam erörtert/ daß sie allhier weiterer Außführung nicht bedarff/ darumb man es vmb geliebter kürtze Willen darbey läst verbleiben.

Auff die fünffte Frag zu antworten/ was die clausul vnd Milderung/ im M. Vertrag von Hertzog R. Verzicht wegen/ daß dieselbig auff die Erbfäll/ deren Hertzog W. entfehig/ nicht gezogen oder verstanden werden/noch Hertzog R. gegen frembde binden sollen/ ꝛc. einuerleibt/ für ein Meynung vnd Verstandt habe/ kan angeregte clausul im M. Vertrag/ meines erachtens/ keinen andern Verstandt haben/dañ allein von denen Stücken so von Hertzog vñ König Christian/ auch O. dem Churfürstē herrühren. Dann deren ist Hertzog Wenceßlaus mehr nit als zu J.

F. G. Theil fähig / vnd durch die andere werden auch meines Bedenckens verstanden die Inhaber derselbigen Güter / daß die sich vt tertij mit dem Verzicht nicht zubehelffen haben sollen / wie sie auch sonst von Rechts wegen nichts haben / wie dieselbige Abred ohne das klärlich mit sich bringet.

Die sechste Frag / ob die D. Abrede / vnd der S. Vertrag mit Hertzog Joachim / der Chur vnd anderer Land vnd Leut halber auffgericht / in Rechten zu vertheidigen seyen / ist mit dem / was auff die nechst vorgehende dritte Frag gesetzt / auffgelöset.

Auff die siebende Quæstion, weil die darin specificirte Verträg vnd Abrede an jm selbst / sicut ex dictis in tertia Quæstione apparet, nichtig / bedürfft sie auch keiner sondern solenni tractatione, vnd also sich der Herr Consulent im Rechten mit dem S. Vertrag wenig zu behelffen. Also auch kan der S. Vertrag jhren F. G. wenig fürträglich seyn / vnd ist mehr zu rahten / daß man sich auff gemeine Keys. Recht verlasse / dann auff solche pacta / dann was in einem gegeben / wirdt im andern genommen. Darvmb ist es rahtsamer / man bleibe bey gemeinen beschriebnen Rechten / vnd alsdann hat man genug mit solchen Verträgen zu thun / vnd Gegentheil mit den gemeinen Rechten.

Die 8. 9. vnd 10. Quæstiones dependent ex dictis, in tertia quæstione, damit sie auch jr resolution haben / vnd gelten solche Verträg quoad modos succedẽdi nichts / sondern quoad modos, & puncta, quæ citra iuris communis & publici diminutionem obseruari possunt, können sie bestehn.

Deßgleichen ist die 11. Frag zu beantworten / daß der Churfürst von Rechts wegen die documẽta zu ediren schuldig. Quia talia instrumenta tanquam communia, & in quibus Dominus Consulens interesse habet officio iudicis peti possunt, vt edantur & exhibeantur, secund. Dd. *in l. edita. C. de edendo.* Et si non edantur, tenebitur Dominus Elector, actione de edendo *l. procurator. C. de edendo. l. si quæ sunt, l. inter cohæredes. § quæsitum. ff. fam. ercisc.*

Auff

Auff die 12. frag halte ichs darfür / daß durch den Herrn Consulenten das Fürstenthumb N. vom Stamm/wol angefochten werden könne/dann solch Fürstenthumb ex nouo capite nach beschehener Verzicht / nicht gezogen werden kan. Renunciationes enim ad futuros, & ex alio capite venientes successores non extenduntur, vnnd muß solches geschehen per petitionem hereditatis vel familiæ erciscundæ iudicio, & coram ordinario, vnd müssen die H. verträge durch rechtliche mittel / vnd nemblich per viam exceptionis nullitatis impugnirt werden können: cum ius quæsitum sine decreto iudicis nulliter sit remissum parti aduersæ. *iux. l. 2.* & ibi Bald. *C. de præd. & aliis reb. min. sine decr. iud.* cui potest in euentum petitio restitutionis in integr. appendi, de qua in l. 1. C. d. Tit. Vnnd ist dabey sonderlich in achtung zu nemmen/daß Hertzog Reymundi theil seinen Brüdern / Churfürst F. vnnd Hertzog G. zufallen / wo ferrn er Geistlich worden / nach den Fällen. Nam statim factus clericus, coram seculo, quoad feudalia pro mortuo habitus fuit, & ideo ius, quod habuit ante clericatum ad prædicta bona, in fratres proprios tanquam proximiores heredes, transmisit: secus si ante casum clericus factus fuisset, nam tunc in communem vsum illius capit. tanquã demortui portio veniret. So erachte ich auch schließlich/ daß man sich nachmals publice coram Notario vnnd testibus also erklärte/daß man die Güter anderer gestalt / dann proprio iure, nicht angenommen/ noch inhabe/vnnd da es anderer gestalt hernach außgedeutet werden solte / solches nicht gestendig seyn würde / sich jetzo alsdann/ vnnd dann alß jetz also erkläret haben/ davon man solenniter protestire. Es ist auch hie bey dem Herrn Cõsulenten nicht zu befahren/daß die clausul im H. vertrag/ de consentiendo sub pœna amissionis, schädlich sein solte. Nam quemadmodum tutoribus non licuit ius quæsitum remittere, ita nec pupillum siue minorennem, ad pœnam obligare potuerunt. Nam quod quis de iure non tenetur seruare,

ex eo, etiamſi non ſeruauerit, pœnam pati non debet: quod enim iure fit pœnam non meretur iurib. vulg. Vnnd damit will man diſen Rathſchlag/weil der Sachen nohtdurfft hierauß gnugſam verſtanden/doch ſaluo meliori ſemper iudicio, jetziger zeit geſchloſſen haben.

CONSILIVM VIII.

VIRI CLARISSIMI DOMINI MATTHIÆ LAYMANNI IC. ET REIP AVGVSTAnæ Conſiliarii & Aduocati. &c.

Vtrum filia renuncians faciat partem, nec ne, & cui accreſcat eius renunciantis pars?

Der Fall verhält ſich alſo.

Es hat weyland Fraw M. von W. im Anno 63. den 25. Febr. coram Notario, & teſtibus ſich aller Vätterlich: Mütterlich: Brüderl. Schweſterlicher auch aller anderer anfallender Erbgüter/gegen gnugſamer vergnügung jres Vätterlichen vnd Mütterlichen Erbs / freywillig/vnd in beſter form als im Rechtē jmmer geſchehen mag/ſolenniter renunciirt, verziehen vnd begeben/vñ vber wenig Jar hernach iſt der Edel H. P. von F. ohne Eheliche Erben mit todt abgangen/vnd ehegedachte Fraw N. nebē jren Geſchwiſterigē/auch andere jre Blutsfreundt ſo in gleichem gradu dem verſtorbenen Junckern H. P. von F. verwandt vnd zugethan geweſen / alle zugleich tanquam heredes ab inteſtato hinder ſich gelaſſen. Fält nun die frag für / ob der Frawen M. von W. renuncirender / vnnd verzigner Theil/ der ſeit der zeit angefallener H. P. Verlaſſenſchafft / der gantzen vnvertheilten Erbſchafft / oder aber allein jhr der Renuncirenden Geſchwiſterigen/weyland A. von W. verlaſſenen Sönen vnd Töchtern/ſoviel derſelben dieſen fall erlebt/von rechts wegen zugefallen ſey?

Reſpon-

Responsum Iuris.

PRo decisione nostri casus elegans illa quæstio, de qua Doctores tantopere inter se contendunt, potissimum examinanda erit, vtrũ sc. filia renuncians faciat partem, licet non admittatur ad partem. Eos qui partẽ negatiuã tenent, quod filia renuncians vel statuto exclusa nõ computetur in numero liberorum, magno numero refert Hyp. Riminald. *cons. 31 n. 64. & seqq.* Qui autem contrarium sentiunt, citantur à Cephalo *cons. 245.* Sed vtrosq; recenset Portius *lib. 3. concl. 5.* Per pulchras autem distinctiones hanc quęstionem resoluere videtur Crassus *in §. legitima. quæst. 7.* in conclusionibus successionum. Deniq; partẽ affirmatiuam, quod filia renuncians faciat partem, licet non admittatur, secuti sunt Assessores Cameræ, teste Mynsing. *obs. ru. 22. cent. 4.* Ante omnia autem inspiciendum est, an contractus ille renunciationis in illo articulo, qui sic habet, Auch aller anderer anfallender Erbgerechtigkeit/ validus sit. Weil es das ansehen/ daß die dispositio c. quamuis. de pactis in 6. nicht statt habe/ vnnd dieser verzicht/ vngeacht er mit dem Iuramento bestettiget/ an jm selbst nichtig/ vnd von vnwirden/ in erwegung Juncker H. P. von F. võ dessen Verlassenschafft jetzo der Streit ist/ in diese Verzicht nie gewilliget. Vnde manifesta videtur esse turpitudo pacisci de viuentis hereditate absq; eius consensu. *l. vlt. C. de pact.* Alex. *consil. 155. lib. 7. col. vlt.* cum multis quos allegat Couarru. *in d. cap quamuis in tertiæ partis initio n. 5.* Bolognetus *in l. fin. n. 150. C. de pact.* & ibi omnes. Contrarium tamen iudicauit Capell Tholos. *decis. 409.* Idem tenet Ludou. Roman *in l. qui superstitu de acquir. hered. & in cons. suo. 199.* Et negatiuã opinionem veriorem esse notat Mandosius ad eundem Rom. *consil. 190.* Verum vtra opinio prævaleat, id in casu nostro parum refert. Dieweil in vnserm fall nit von einer bedingten Erbschafft einer gewissen Person gehandelt wirdt/ dann der Verzicht stehet in gemein/ vnnd generaliter, ibi: Vnnd aller anderer zufallen.

quæst. 7. num. 4. 5 & num. 8. verſ. ſecundo caſu. Itaq; filia renunc ans non dicitur ipſo iure eſſe excluſa, vel incapax hereditatis, ſicut in caſu ſtatuti, quamuis iurauerit, ſed tantum exceptione pacti iurati, vti docet Petr. Iacobi *in l. omnimodo. C. de in off. teſtament. col.* 4. *num. 11.* Caſtrenſis ſibi contrarius *in conſil. 241.* pulchre Pariſ. *conſil. 36. num. 29. lib. 1.* Præſuppoſita igitur validitate huius renunciationis, proxima eſt inſpectio, in cuius fauorem ſoror renunciauerit, & per conſequens illam partem renunciatam acquiſitam eſſe voluerit. Nun iſt auß dem Verzicht klärlich zuverſtehen / daß dieſelbige alleinig der Renuncirenden Geſchwiſterig zu gutem beſchehen / *ex illis verbis.* Es geſchehe dann nach dem willen deß Allmächtigen / daß meine Geſchwiſterte ohne Eheliche Leibs Erben / alle vor mir mit Todt abgiengen / vnnd dann die folgende Wort / Innaſſen obgemelter jhr Vatter ſolchen Verzig an ſtatt ſein / vnnd jhrer der verzignen Tochter Geſchwiſterig angenommen / welches ſie jme mit Handgebenen Trewen zugeſagt vnd verſprochen / darauff auch den angebotnen Aydt mit auffgelegter Hand auff jhr Bruſt erſtattet. Vtiliter autem pater pro liberis ſtipulatur *l. quod dicitur 130. de verb. oblig. §. ei vero. Inſtit. de inutil. ſtipulat.* maxime etiam cum ſint poſtea effecti etiam heredes patris. Itaque ad eos ſolos commodum illud ſtipulationis interpoſitæ, non ad alios, in ſtipulatione non comprehenſos, pertinere debet. Quia alii, qui nunc participes illius renunciationis eſſe deſiderant (als die Miterben an Juncker H. P. von F. Verlaſſenſchafft) non fuerunt præſentes, nec aliquis recepit pro eis, per not. Gl. magnæ *in fin. leg. illud. C. de S. S. Eccle.* Batt. *in l. abſenti. de donat.* Ioh. Andr. ad Speculat. *in tit. de inſtr. edit. §. nunc vero aliqua. verſ. ſed an pauperes. l. poſt legatum. §. amittere Quibus vt indign. l. 2. §. ſi duo. de collat. bon. l. pen. C. de legat. l. ſi defunctus. C. de ſuis & legit. hered.* Denique quod pactum de non petendo, factum aliquibus heredibus tantum, non proſit aliis cohe-

Hh redi-

redibus, est decisum *in l. si actionem. C. de pact.* Contrarium autem in facto aliquando respondit Dyn. *consil. 6.* non quidem ex eo capite, quasi pacto, quod celebratum cum D. de W. & eius liberis tantum, etiam alii coheredes inniti possint, sed quia repudiatio hereditatis hanc habet vim, vt portio repudiata hereditati tantum accrescat, non autem personis, in quarum fauorem repudiata fuit. *l. qui totam. de acquir. hered. l. 3. §. vi bonorum. cum tribus seqq. de bonor. possess. l. cum hereditate. de acquir. hered. l. si nemo. ad Tertull. l. si ex pluribus. de suis & legit. l. vn. C. quando non petent. part.* Æthiologia hæc est, quia repudiatio declarat, quod repudians hereditatem acquirere nolit. secund. Decium *in l. 1. num. 22. C. de pact.* Ergo nihil etiam in alium transferre potest, sicuti tradunt in his nostris terminis Castr. Alex. & Decius *in d. l. si actionem. C. de pact.* Inde fit, vt portio illa accrescat toti massæ hereditatis, & omnes reliqui coheredes æqualiter, & in viriles partes admittantur propter coniunctionem, quam habent à lege, per text. *d. l. si pluribus. de suis & legit. hered. d. l. 1. C. Quan. non petent.* Itaque heres repudians non potest contra leges efficere, quod pars illa repudiata non deficiat in totum, quia lex est illa, quæ facit acquisitionem, & transfert ius in omnes. *l. nemo potest. de legat. 1. l. obligationum. §. placet. de act. & oblig.* Bologn. *in l. re coniuncti. num. 358. de leg. 3.* Molyn. *in consuet. Paris.* Gl. *4. §. 9. n. 3. 4. & 7.*

Vera autem hæc sunt, quando sumus in terminis repudiationis, & abstensionis, & quando quis aliquid accipit, ne heres fit. *l. fuit. de acq. hered.* Sed præsens nostra renunciatio non potest accipi pro repudiatione. Cum viuentis hereditas repudiari non possit. *l. qui superstitis. de acq. hered.* Talis enim hereditas non censetur delata, sicuti etiam non potest adiri. *l. 1. de hered. vel act. vend.* Iohan. Bologn. *in d. l. 1. num. 8. & seqq. & à num. 51. per aliquot paginas seq.* Multo minus

minus autem aditio, vel repudiatio hereditatis incertæ locum habet. *l. heres institutus. & l. qui hereditatem. de acquir. hered.* Distinguit itaque Bald. *in d. l. si actionem,* inter simplicem renunciationem, quæ pro repudiatione accipitur, secundum eund. Bald. *Ibid.* Ruin. *consil. 170. in princ. vol. 1.* & inter Renunciationem qualificatam. sc. si ei annexum sit pactum de non petendo. Et hanc distinctionem verissimam esse dicit Ruin. *ibid. num. 9.* & sequuntur Moderni *in d. l. Si actionem,* Cagnol. *num. 58.* & Bologn. *in d. l. 1. C. de pact. num. 7. & num. 51.* Molyn. *in consuet. Paris. alleg. loco num. 4. vers. & hanc ampliationem. & num. 7.* Paul. de Castr. *in term. nostris consil. 152. lib. 1. vers. pro cuius euidentia.* Alex. *consil. 149. num. 5. lib. 7.* Socin. *consil. 5. & consil. 34. num. 1. lib. 4.* Matth. de Afflict. *decis. 350. num. 13. vers. Nam quando renunciatio.* Ripa *in repetit. l. re coniuncti. num. 210. de leg. 3. Molin. consil. 29. num. 12.*

Auß diesen allegirten Rechtsfällen befindet sich lauter/ daß im ersten fall/ wann die Erbschafft repudiirt, id est, nicht angedretten wirdt/ so falle der verzigne Theil der gantzen Erbschafft heim/ solchen zugleichen portionibus haben außzutheiln. Wann aber ein Tochter gegen etlichen gewissen Personen sich einer künfftigen Erbschafft verzeicht / vnnd noch darzu mit denselben de non petendo paciscirt, quod præsupponit aditionem & cessionem, Als dann hat an solchem verzignen Theil niemand nichts zu fordern/ dann die jenigen/ mit welchen/ vnd zu derer vortheil also contrahirt worden/ *dictis iurib.* Renunciatio enim simplex, seu repudiatio est abdicatio quædam, quæ operari non potest in eo, quod nobis non est delatum. *l. si ita scriptum. §. 1. de legat. 2.*

Sed ex pacto oritur obligatio in futurum. Et qui repudiat, dicit se nolle rē, cuius adquirendæ iam ipsi potestas facta sit, ad ipsum pertinere. Qui paciscitur, hoc dicit se, quādocunq; res ipsi cœperit deberi, tamen eam non petiturum.

Quam distinctionem nunc omnium scribentium sententia receptam esse dicit Cagnol. *d. l. 1. ante num. 58.* & in eandem sententiam concedit Bologn. quoque *num. 8. & num. 51. C. de pact.* Atqui renunciationi, de qua nos agimus, adiectum est pactum de non petendo his verbis, Sonsten sollen Ich/noch das Gottshauß/an solche Erbgüter/ nun mermehr Forderung/noch Gerechtigkeit haben noch gewinnen/weder mit Gericht durch mich selbst/ noch andere/ solches auch nicht schaffen/noch bewilligen/gethan werden/ in keinerley weiß. Et hanc qualificatam renunciationem solenni postea promissione, & iuramento, insuper addito vallatam esse, ex instrumento deprehenditur. Itaque ex sententia Dd pactum illud in casu delatæ iam hereditatis operatur, & includit tacitam aditionem & donationem, *per not. in l. si quis obligatione. de reg. iur.* & per Dd. *in l. Modestinus. de donat.* Bald. *d. l. fin. num. 16.* vbi dicit, optimam esse cautelam, quod verba sint concepta in forma pacti de non petendo. *C. de pact.* Rubeus Alex. *consil. 12. num. 9.*

Ex quo finaliter concludendũ est, portionẽ futuræ & incertæ hereditatis renunciatã, adiecto pacto de nõ petendo, nõ accrescere hereditati, *iuxt. text. d. l. qui totam. de acq. hered. l. 1. C. quand. non petent. part.* sed iis tantum personis, cum quibus ita pactum fuit. Quæ conclusio egregie probatur per Alex. *in consil. 149. lib. 7.* vbi ante *num. 9.* inquit, ea quæ dicit Dyn. *in d. consil. 6.* procedere tantum in simplici renunciatione, non autem vbi adest pactum de non petendo. Socin. *consil. 84. vol. 4.* Castr. Alex. & Decius *in d. l. si actionem.* Ita etiam sentit Molyn. *d. loc. gl. 4. num. 7. & in consil. 29. sub num. 12.*

Nec quis cavilletur, prædictos loqui in hereditate delata, non autem deferenda, qualis hæc nostra tempore renunciationis fuit. Supra enim audiuimus, hereditatem deferendam repudiari non posse. *l. si ita scriptũ. §. si sub conditione. de legat.*

leg.2. Ex qua sola repudiatione oritur ius accrescēdi. Decius *in d.l.si ditionem.* Potest autē futuræ hereditati renunciari, adiecto pacto de non petendo, q; communiter receptum esse dicit Cagnol. *in d.l.1.ante n.58.& nu 69.* Sed illud pactum tacitam conditionem habet, si mihi deferatur, ad quod propositum multos allegat Roland. à Vall. *consil.11.ante n.5.lib.2.* Igitur purificata conditione hodie, nunc demum operatur pactum. *l.in tempus.de hered.instit.l.fin.§.1.de vulg.& pupil.* Cephal. *consil.132.n.8.* & includit aditionem. *arg.d.l.si quis obligatione.de Reg.Iur.cum aliis paulo ante allegatis.* & per consequens excludit ius accrescendi. Decius & alij sæpè *d.l.si actionem.* Nam cum antea peti quid non possit, antequam incipiat deberi, *d.l si quis.de R.I.* & hereditas ante aditionem heredi non debeatur, *iurib vulg.* necessario infertur, pactum de non petendo habere duplicem conditionem, id est, postquam mihi delata est, & deberi cœperit hereditas, nempe post aditionem, & sic tacite eam implicat, secundum doctrinam Bald. Alexand. Paul. Castr. & Decij *in l.pactum.C.de collat.* Molin. *cons.29.n.12. ar.l.in tempus.de hered.instit.* Dd. *in l.Modestinus.de donat.* Berous *consil.95.vol.3.n.9.* Vt autem hæc breuius colligamus, sic dicimus: instrumentum duo comprehendit, sc. renunciationem simplicem, & pactum de non perendo. Renunciatio quatenus vim repudiationis habet, (sine qua ius accrescendi non procedit) inutilis fuit. Nam qui non potest adire non videtur nolle adire. *l.nolle adire.l.is potest adire.de acquir.her d.l.si ita scriptum.§.sub conditione.de legat.2.* Et cum talis repudiatio sit nulla, non impedit, quo minus postea purificata conditione, si deferatur, adiri hereditas possit ab eo, qui repudiauit *l.homine legato.de opt.leg.l is qui*, vbi Gl. fin. *de acquir.hered.* Si autem ad hoc respondeatur, propter iuramentum additum valere renunciationem simplicem, secundum Dd. *in d.l.1.C.de pact.* licet ibi Decius *n.27.* multis rationibus contrariam sententiam probet, tunc replicatur, Dd. ibi loqui de tali renuncia-

 tione,

tione, de qua Bolognetus *allegat. l. 1. n. 8.* verba facit. In mate ria autem repudiationis impossibile est, sc. impossibilitat iuris, vt quis renunciet hereditati, cuius acquirendæ non dum est ipsi facta potestas, *per supra allegata.* Ergo id, quod na turæ actus repugnat, nec iuramento, nec vllo consensu pa tium validatur. *l. actus legitimi. de R. I. l. 2. §. 1 secundo responsi si cert. petat.* Bolognet. *in d. l. 1. numer. 86.* Præterea pue la illa renuncians & ingressa monasterium, soli patri, & l beris eius, fratri scilicet renunciantis iurauit, nequa quam autem aliis coherendibus, de quibus ne cogitau quidem.

Quamuis autem controuertatur apud Dd. an iura mentum ex parte eius, cui iuratum est, personale sit, & communius concludant, ad heredes, & successores in d gnitate, vel officio transire. *in c. veritatis. extr. de iureiur.* quo capitulum pulchrè explicat Couar. *d. c. quamuis. de pact. in prima relect. §. 5. num. 4. & 5.* Nemo tamen vnquam dixit, iu ramentum vni præstitum alteri prodesse, qui non sit he res, vel successor eius, cui iuratum sit. Imo Bald. Fulgo & Roman. *in l. sed si hac. de in ius voc.* voluerunt, quod nec a heredes eius transeat. Altera verò pars contractus, scil. pa ctum de non petendo, coheredibus prorsus nihil opitula tur, tanquam absentibus & nemine pro ipsis stipulantibus & quibus renuncians se nunquam obligauit. *d. l. si actionem C. de pact.*

Vnnd jrret gar nicht / ob wolte gesagt werden / es wär nichts daran gelegen / daß von deß verstorbnen von F. wegen de cuius hereditate nunc agitur, bey solcher renunciatio niemandt gegenwärtig gewesen / scilicet ad effectum, vt re nunciata portio toti eius hereditati accresceret, & sic o mnium herodum lucro cederet, in Anschung daß ermelt

Ver

Verzicht mit dem Eyd betewert worden / welcher alle Mängel erfülle / vnnd die Wirckung hab / daß ein solcher Verzig auch den abwesenden ersprießlich seye / secund. Alexand. de Imol. *in l. is qui heres. de acquir. hered.* Dann hiebey wol in Acht zunemmen / daß die allegirte Regul mit der Limitation deß Texts *in l. fin. Cod. de non num. pecun.* soll vnd muß verstanden werden / nemblich daß der Eydschwur einen Contract gleichwol kräfftiger mache / aber dardurch der Jnnhalt desselben auff andere Personen vnnd Sachen nicht erstrecket werde / sonderlich in vnserm Fall / allda der Verzicht auff gewisse Personen / als auff A. von W. Kinder / vnnd also auff der verzeihenden Klosterfrawen Geschwisterig limitirt stehet. Et sic deficit consensus renunciantis, quoad alias personas. Iason *in d. l. is qui. numer. 36.* Decius *in l. 1. numer. 27. C. de pact.* Vbi dicit, quod iuramentum semper habet illam tacitam conditionem, quam habet promissio, cui adhæret, & ad plus non extenditur iuramentum, quam extendatur virtus promissionis. Dannenhero / wann ein Verzicht künfftiger Erbschafft / durch ein pact, oder vor Gericht / oder mit dem Eydt bekräfftiget wirdt / so wirckt es doch nicht mehr / dann daß ein solche Verzicht desto mehr Krafft habe / vnd durch die Renunciantin nicht möge reuocirt werden. Sic pulchre docet Bolognet. *in d. l. 1. C. de pact. numer. 12. & 86. vers. & tanto magis.* Vnnd wie die renunciatio pacto, vel iuramento firmata remissionem iuris seu priuationem wircket / also hat das pactum de non petendo zwo andere operationes. Erstlich exclusionem potestatis agendi Bolognet. *loco citato ante numer. 13.* Vnd dann / wie hievor ex Baldo vnd andern Rechtsgelehrten erwiesen / so wirdt ex necessaria consequentia geschlossen / daß die renuncirende Person die Erbschafft zur Zeit deß Anfalls nicht repudiiren, sondern antretten / vnd dem jenigen / mit dem sie also contrahirt, solche Erbschafft schencken wöllen. *d. l. si quis obligatione. de reg. iur.*

iur. l. in tempus. de hered instit. clare Ruinus *d. consil. 170. nu. 10. lib. 1. text. in l. 1. de transact.* Dann wann es in nostro casu ein repudiation were / so müste das pactum, de non petendo, vberflüssig seyn. Dann nach der repudiation hätte sie ohne das kein petition gehabt. Vnde ex necessaria consequentia includitur aditio. *l. illud. de acquir. vel amitt hered.* Id etiã in specie decidit Socin. *consil. 91. vol. 1* Et licet dicat, quod pactum de non petendo, ante ius acquisitum seu delatum non differat effectu à renunciatione, sanè tamen intelligendus est. Nam in suo casu nulla aderat renunciatio, sed saltem pactum de non petendo, quod quidem tantum operari vult, quantum renunciationem. Non autem ea mente hoc dicit, quod pactum de non petendo, non plus operetur, quam renunciatio, quia allegat Bald. *in l. si actionem*, qui ampliorem operationem ei attribuit.

Allhie möchte auch das dubium mouirt werden / wiewol die Quæstion zu gegenwertigem Streit eygentlich nit gehörig. Dieweil der Klosterfrawen Antrettung der Erbschafft / vnd widerumb Hinlassung derselbigen / allererst jetzundt nach Absterben H. P. von F. jhren Anfang vnd Wirckung gewinnet / derwegen so gehöre derselbe Theil dem Kloster zu / vnd nit jhren Geschwistertern. Socin. *consil. 52. n. 19. & seq.* Dargegen wirdt von andern Gelehrten replicirt, weil das Kloster an statt deß Mönchs oder Klosterfrawen succediren wölle / so müste dasselb auch vest halten / was der Mönch oder Klosterfraw versprochen hat / vt per Decium *l. ex qua persona. de Reg. Iur.* Aber in solchem Fall / vnd damit alle dergleichen disputationes abgeschnitten werden / rahten die Rechtslehrer / daß man deß Prælaten oder Klosters Bewilligung bey der Verzicht auch haben soll. Cagnol. *in sæpè d l fin. nu. 208. C. de pact.* quod probat Bolognet. *ibid. n. 114* Vnd diese Bewilligung ist allhie auch geschehen / wie solches die Verzicht außweiset. Dann ein Prælat seinem Stifft in quærendis, nõ autem in quæsitis præiudicirn kan. Et licet hæc regula, cuius fuit Antesigna-

resignanus Feder. de Senis. *conf. 9.* auctoritate Gl. *in c. fin. 16. q. 6.* ab aliquibus in controuersiam vocetur, communior tamen est affirmatiua, & pro ea in Rota bis fuit iudicatum, sicuti refert Phanut. *de lucro dotis. Gl. 8. n. 17. & 18.* Iacob. de Puteo. *decis. 519 lib. 2.* Mandos. ad Roman. *consil. 184.*

Auß welchem allem mit gutem Grundt geschlossen wirdt/ daß der Edlen M. von W. Klosterfrawen Verzicht/ vnnd versprochen Pactum de non petendo/ so sie mit Mund/ Hand vnd Eydschwur/ jhrem Vattern seligen/ für jn vnd seine Kinder/ jhrn Geschwisterigen gethan/ nit der gantzen Erbschafft/ den andern Miterben/ auch nicht dem Kloster/ darein sie sich begeben/ sondern einig/ vnd allein jhren Geschwisterten zufalle/ also daß billich 12. Theil auß der Erbschafft gemacht sollen werden.

Wie hieoben deducirt. vnd beschlossen wirdt/ das halte ich den Rechten vnd der Billigkeit gemäß/ doch eines jeden verständigen vnd gegründten Bedencken vorbehalten. Matthias Layman der Rechten Doctor, Fuggerischer Raht/ vnd der Stadt Augspurg Aduocat.

In obangeregten Sachen ist nachfolgendt Vrtheil/ am Keyserl. Cammergericht zu Speyer/ den 16. Martij Anno 1586. eröffnet worden.

In Sachen Haßlang/ & Consor. contra Welden & Consort.

IN der Compromiß Sachen Rudolff von Haßlang/ vnd Georgen von Rinderbach/ an statt jrer Haußfrawen Klägern eins/ wider Sigmunden von Welden/ & Consortes alle in Actis benannt/ beklagte anders Theils/ ist allem Fürbringen nach zu Recht erkannt/ daß ermelten Klägern/ (als der renuncirendē Klosterfrawen Geschwistrigen) der streitige zwölfft Theil angeregter Erbschafft allein zuständig/ derhalbē berührte beklagte jnen den Klägern solchen zwölfften Theil folgē zulassen schul-

dig seyen/ als wir sie darzu condemniren, vnd verdammen / die Gerichtskosten derowegen auffgeloffen auß bewegenden Vrsachen/ gegen einander compensirend vnd vergleichend.

Consilium IX.

VIRI CONSVLTISSIMI DN. MARTINI Pegii IC. Archiepiscopi Salisburgensis Consiliarij.

De renunciatione iurata, adiecto pacto reseruatorio.

CAsus, super quo præsens petitur consilium, talis est. Post obitum quendam nobilis viri atque militis strenui, Iohannis de N. Domini in N. suæq; legitimæ vxoris Dominæ Catharinæ Comitissæ ab N. omnia eorum bona relicta hereditario iure ad ipsorum filios, nomine Iohannem Georgium, Iohannem Christophorum, Iohannem Guilielmum, & filiam Felicitatem deuoluta sunt. Hinc Iohanne Guilielmo vsu rationis carente, atq; consilio omnino destituto, præfati eius fratres Iohannes Georgius, & Iohannes Christophorus, omnia bona tam paterna, quam materna iure successionis occupauerunt, & ex eisdem bonis sorori suæ Felicitati duo millia florenorum in dotem dederunt. Deinde eadem Felicitas ab iisdem fratribus suis præter dotem numeratam alia duo millia florenorum, vna cum muliebribus vestimentis, clynodiis, aureis cathenis, siue torquibus, atque alio mundo muliebri accepit, eaq; omnia suo legitimo marito nobili viro Achatio de N. Domino in N. partim in dotem, partim tanquam bona paraphernalia attulit, tum ipsa Felicitas fauore conseruandæ familiæ, & agnationis fratrum suorum, omnibus bonis paternis & maternis hereditariis, immobilibus, ac mobilibus, nullis exclusis, quæ pro sua heredita-

reditaria portione ad eam iam deuenissent, atq; ex fratrum obitu in posterum deuenire possent, nec non omnibus aliis futuris successionibus extraneis renunciauit. Promisit quoque se nihil velle à dictis suis fratribus, Iohanne Georgio, & Iohanne Christophoro, eorumque legitimis heredibus masculis per masculinam lineam descendentibus, occasione paternorum & maternorum bonorum petere, quousque aliquis ex masculis de genere & familia, ac nomine Dominorum à N. in viuis extaret, hac adiecta conditione, vt si quandoque contingeret, Dominos à N. masculos per masculinam lineam descendentes in vniuersum emori, nullusque masculorum ex iis superstes foret, tunc ipsa regressum ad portionem suam hereditariam, quæ ex paternis & maternis bonis ad suos fratres, atque illis defunctis, ad eorum heredes peruenisset, haberet, conferendo dotem suam. Super ista renunciatione factum est instrumentum solenne, & Authenticum, quod ipsa Felicitas iuramento coram iudice suo præstito, more solito, firmauit, in die Veneris post Dominicam, in qua canitur Exaudi, Anno à Christo nato M. D. XXXII. Accepto itaque à sorore instrumento renunciationis, præfati duo fratres diuiserunt inter se omnia bona paterna ac materna pro æqualibus portionibus, iuxta tenorem Instrumentorum, super tali diuisione Anno Domini M. D. XXXV. confectorum, in quibus suo fratri Iohanni Guilielmo alimentando prouiderunt hunc in modum. Item welcher zu N. haust / soll den Hanß Wilhelmen mit aller Notturfft lebendig vnd todt versehen / vnnd so er mit Todt vergieng / das zu GOTT stehet / vnnd jhne etwar zu erben vermeint / sollen beyde Gebrüder sammend miteinander verantworten / doch sollen beyde Gebrüder / Hanß Georg / vnnd Hanß Christoff / nach jhres Bruders Hanß Wilhelm Abgang einer gegen dem andern derhalb nichts zusuchen haben. Illa vero

instrumenta diuisionis, non Iudicis, sed præfatorum duorum fratrum sigillis roborata sunt, nullo curatore, tutoreue Iohanni Guilielmo dato. Quibus ita peractis illi duo fratres recordati sunt, qualiter soror Felicitas, non solum paternæ, maternæ, & fraternæ successioni, sed etiam omnibus aliis successionibus vndecunq; prouenientibus renunciasset, reputantes illam renunciationem extranearum successionum iniquam esse, emendarunt illam ipsam hoc modo: Hat vns für vngebürlich angesehen / daß vnser freundtliche liebe Schwester / vnd jhre Erben / vber Vät[illegible]ch / Mütterlich / Schwesterlich vnnd Brüderlichs Gut allen andern Erbfällen / so vns zustehn möchten / wie das angeregter jhr Verzichtbrieff mitbringt / solte verzihen seyn. Darvmb vnnd den punct / andere Erbfäll auffzulösen / haben wir obenbemelt Hanß Geprg / vnd Hanß Christoff von N. willkürlich auß wolbedachtem Muth / vmb zeitlicher Vorbetrachtung bewilligt / bewilligen auch hiemit / vnnd geben zu / wie das zum beständigsten vnd freundtlichsten seyn soll / kan vnd mag / mit vnd in Krafft diß Brieffs für vns vnd all vnsere Erben / Freund vnd Nachkommen / daß wir vnser freundtliche liebe Schwester Felicit. vnd jhre Nachkommen / in Ansehen angeregter jhrer vns gethaner Freundtschafft / dieses Articuls / außgeschlossen deß Contracts / so vnser Vatter vnd Wilhelm von N. seliger auffgericht / in jhrer Verzicht / daß sie aller zufallenden Erbschafften verziehen seyn solten / begeben freundtlich haben wöllen. Soll sie auch dieser Articul in jhrer Verzicht anderst nicht / dann wie gehört / binden / sonder neben / vnd mit vns / wider den obgemeldten Puncten / so viel jhr die Natur vnnd das Recht gibt / erben / ohn vnser / vnserer Erben / vñ männiglichs Widersprechẽ / doch der Verzicht / außgeschlossen deß Puncts / daß sie sich aller zufallender Erbschafften verzeicht / an allen andern jren Articuln / Puncten vnd Inhaltungen gantz vnvorgriffen / vñ ohn allen Schadẽ. Super ista emẽdatione, siue correctione renunciationis cõfectũ est instrumẽtũ, sigillis amborũ fratrũ roboratum

ratũ die Dominica post Festum Diui Nicolai anno à Christi Natiuitate M. D.XXX VIII. Postea ambo fratres vna cũ sorore sua mortui sunt, relictis filiis & filiabus. Ioh. Georgius reliquit Eberhardũ & Iohannẽ, Catharinam, Sabinam & Rosinã. Ioh. vero Christophorus reliquit Ioh. Iacob. Iohannem Albertum, Margaretham & Sophiam. Felicitas autem reliquit duos filios. Postremo quoque Iohannes Gulielmus, vsu rationis carẽs, obiit intestatus, nullis heredibus in ascendẽti & descendẽti linea relictis, pter fratrũ & sororis filios & filias præfatas. Defuncto itaq; Ioh. Gulielmo, veniunt filii præfatæ Felicitatis N. volentes vna cum suis consanguineis modo nominatis eidem Ioh. Gulielmo succedere, & hereditatem eius adire. Verum ipsi consanguinei nolunt eosdem filios ad hereditatẽ, admittere, prætendentes instrumentum renunciationis, in quo mater eorum tam paternæ, quam maternæ, ac etiam fraternę hereditati, & successionibus renunciauit, ac promisit se nolle quicquam ex bonis paternis, maternis & fraternis petere, donec aliquis masculus de familia N. per masculinam lineam descendens superstes fuerit, addentes etiam, ipsum Iohannem Gulielmum ob dementiam suam non fuisse capacem paternæ ac maternæ hereditatis.

Quæritur ergo primo, an defunctus Gulielmus demens paternæ ac maternæ hereditatis capax fuerit, nec ne? Secundo quæritur, an ipsi heredes à N. possint filios Felicitatis à N. ab hereditate Iohan. Gulielmi excludere?

Et prima quidem fronte videtur, præfatum Ioh. Gulielmum à N. propter dementiam suam non fuisse capacem hereditatis paternæ nec etiam maternæ. Eodem modo quoque videtur, filios Felicitatis de iure posse, vigore renunciationis maternæ, ab hereditate eiusdem Iohan. Gulielmi excludi.

Antequam vero rem ipsam aggrediamur, præmitten-

dum est, quod furiosus, fatuus & mente captus videntur de iure æquiparari, *l. tam dementis. C. de Episc. aud. cap. maioris. §. verum. de Baptismo. l. 1. §. fin. cum trib. seqq.* & ib. Bald. *de aedilit. Edict.* Bald. *in l. 2. C. de curat. furio.* Et de stulto vide Cæpoll. *in l. mancipium. post Gl. Ib. de adil. edict.* Iason *in l. patre furioso. in 3. notab. De his qui sui vel alieni iur.* Et inter alia stultus est in factis & fatuus in verbis, vt dicit Dominic. *in cap. de Constantinopolitana 23. distinct.* cum aliis per Riminald. *in l. cum furiosum. n. 1. de curat. furios.* Proprie autem furiosus dicitur, qui est cum rabie furoris euidentis, sed mente captus seu demens dicitur is, cui mens deficit, & qui consiliũ animi non habet, tamen nullum furorem ostendit, per Dd. præsertim Bald. *in l. si furiosi. C. de nupt.* Alex. de Immol. *consil. 53. incip. ad Quaesitum breuiter concludo. vol. 1.* Iason *in l. Humanitatis. C. de impub. & aliis substit.* Cum igitur furiosus, fatuus, demens, mente captus, stultus de iure æquiparentur quoad effectus, ergo idem ius & priuilegium habent, propterea quicquid hoc in consilio de furioso dictum erit, id etiam de demente dictum esse intelligatur. Nunc redeundum est ad primum responsum, scilicet Iohannũ Guilielmum propter dementiam suam non fuisse capacem hereditatis paternæ, nec etiam maternæ, quod multis probatur argumentis.

Primo, quod furiosus nullo modo possit vel hereditatem adire, vel bonorum possessionem agnoscere, *text. leg. cum furiosus. §. nos itaq. C. de curat. furios.* At iste Iohan. Guilielmus fuit furiosus siue demens. Ergo nec paternam nec maternam potuit adire hereditatem.

Secundo, quod furiosus sibi commodum hereditatis ex testamento acquirere non potest. *text. in l. Antistius. §. fin. de acq. vel omit. hered.* caret enim consilio, & voluntate acquirendi.

Tertio

Tertio quia furioso siue dementi interdicitur administratio tam à iudice, quam à lege. Gl. & Bart. *in l. 1. de curat. furios.* & Alex. *in l. is cui. de verb. oblig.*

Quarto quod furiosi, & mente capti non succedunt in feudis, hoc declarat Bald. *in l. quoties. in 3. col. vers. post hoc nota. C. de suis & legit.* vbi inquit, post hoc nota, quod quidam nascuntur amentes, & isti carent ea parte hominis, quæ est principalissima, videlicet vsu rationis, & tanquam derelicti à conditione naturæ non succedunt in feudo, quia non videtur de istis cogitatum. Concluditur ergo quod furiosus, seu mente captus, & sic à natura furiosus vel demens, qui omnino caret vsu rationis, non sit capax feudi paterni, seu antiqui, item regalis. Si autem non fuerit à natura natus furiosus, sed ex accidenti factus furiosus, vel mente captus potest succedere in feudo antiquo, & ita capax est huiusmodi feudi, non obstante huiusmodi vitio ex accedenti superueniente, etiamsi sit perpetuum, *text. in cap. 1. tit. an mutus, surd. vel aliter imperfect.* Nec obstat huic dispositioni si obiiceretur, quod ex hoc videatur oriri magna iniquitas, scilicet quod magis quis puniretur ex vitio naturali quam accidentali, quod valde irrationabile, cum vitio naturali non possit aliquid opponi, sed vitio accidentali. *l. maximum vitium. C. de liber. præter.* Nam secundum Aluarot. *in d. cap. 1.* colligitur responsio ad id ex dictis Bald. *ibid.* vbi ponit rationem differentiæ inter vitium naturale, & accidentale. Quia quando vasallus nascitur à natura imperfectus, tunc huiusmodi contractus feudalis venit in persona sua ad casum, in quo non potuit vnquam conseruari in suo statu, & ideo vitiatur, vt est *in tit. C. de Fideiuss. l. Generaliter. & l. Vranius. ff. eodem.* Sed quando est imperfectus ex accidenti, tunc bene potest retinere feudum, quia habuit originem nedum in persona patris, sed etiam

in sua

in sua. Vnde fortius est quod duabus radicibus fundatur, quam quod vna, *vt in auth. de consangu. & vterin. fratr. §. fin.* Et ita etiam expresse tenet Bald. *d. vers. post hac.* Regulariter & de iure loquendo, qui feudo seruire non potest, non succedit in eo. Bald. *in d. c. 1. an mutus*, &c. At iste Iohan. Gulielmus non accidentali, sed naturali vitio dementiæ fuit impeditus, eoq; perpetuo, quapropter non potuit feudo seruire. Non igitur successit in eo.

Quinto, quod furiosus testamentum facere non potest. §. *præterea, Instit. Qui. non est permiss. facere test. l. is cui. & l. qui de testamento. §. ne furiosus. de testam.* Ratio est: Quia ad hoc vt quis testari possit, requiritur, vt habeat sanam mentem: *l. senium. C. qui test. facere poss.* Quæ sanitas non est in furioso, cum is habeatur loco absentis. *l. 2. §. furiosus. de iure codicill.* Cum igitur testari non potest, ergo nec passiuam testamenti factionem habet, nec etiam hereditatem adire potest.

Sexto, quia furiosus siue demens habetur loco mortui. Bald. *in l. humanitatis. in 8. col. vers. quarta differentia. C. de impub. & aliis substit.* Alex. & Iason *in l. furiosum. C. Qui test. facere.* At mortuus non habet velle, neq; nolle, atque ideo non adit, neq; disponit, quia per mortem tollitur seu finitur voluntas. Iason *in l. centesimis. §. si ita stipulatus. de verb. oblig. per l. 4. Locat. c. si gratiose. de rescrip. in 6.* Iste Iohannes Gulielmus erat demens, & per consequens loco mortui habitus, in eoq; deficiebat animus & voluntas adeundi. Ergo deficiente voluntate non potuit adire hereditatem paternam ac maternam.

Septimo, quod furiosus & infans non possunt acquirere possessionem. Ratio est, quia licet in istis posset interuenire vnum de extremis requisitis ad possessionis acquisitionem, scilicet instrumentum corporale, quod est maximum, *vt in l. 1. §. adipiscimur. verb. maxime. & gl. 16. de acq. vel amitt. possess.* tamen in eis deficit aliud instrumentum, sc. animus & volun-

voluntas acquirendi possessionem, cum sine affectu, & animo possidendi, non acquiratur possessio. *d. l. & l. 3. & l. quemadmodum. de acq. vel om. possess.*

Ex istis septem argumentis certe colligitur, istum Iohan. Gulielmum à N. paternæ & maternæ hereditatis non fuisse capacem.

Deuenientes autem ad secundum responsum dicimus, filios Felicitatis posse vigore renunciationis materne ab hereditate Ioh. Gulielmi excludi, quod quidem multis doceri potest.

Primo quod ipsa Felicitas non solum maternæ, sed etiam fraternæ hereditati vniuersaliter renunciauit, paciscens de non succedendo fratribus, & eorum heredibus, possidentibus bona paterna & materna, quandiu aliquis masculus per masculinam lineam descendens de familia Nobilium à N. in viuis esset, prout instrumentum Renunciationis hunc in modum sonat. Darauff ich mich dann zu Erhaltung vnnd Auffnemmen vorbenannter meiner lieben Brüder vnnd derselben Ehelichen Manserben/ in absteigender Linien/ für vnd für zu rechnen/ dieweil einer im Leben auß jhnen allen geborn ist/ verzeihe/ mit wol bedachtem Muth/ vnd zeitigem Vorrath/ frey vnd gantz vnbezwungen für mich/ alle meine Erben vnd Nachkommen/ alles meines Vätterlichē vñ Mütterlichē/ auch Brüderlichē Erbs vnd aller anderer zufallēder Erbschafften/ wie dz gedachter mein lieber Herr vnd Vatter/ auch Fraw Mutter/ an ligenden vnd fahrenden Gütern hinder jhnen verlassen/ vnd mir zum theil nun Erblich angefallen/ vnnd noch von gemelten meinen lieben Brüdern künfftiglich erfolgen/ vnnd zustehn hätte mögen/ in bester Form/ Maß/ vnnd Gestalt wie das nach auffsetzung Päbstlicher vnnd Keys. Rechten/ Lands ordnungen/ vnd Gebräuchen/ am kräfftigsten seyn soll/ kan vnd mag/ in krafft diß Brieffs gegen benannten meinen lieben Brüdern/ Hanß Georg/ vnnd Hanß Christoffen vnd allen jhren Eheleiblichen Manns Erben/ absteigender linien/

für vnd f[ü]r/dieweil derselben einer im leben ist. Als daß ich/meine Erben oder jemandts von vnsert wegen solches Vätterlichen/Mütterlichen/auch Brüderlichen Erb vnd guts halber/zugemelten meinen Brüdern/jhren Mannlichen Ehelichen Leibs Erben/jetzt vnd füran/in ewigē Zeiten kein Ansprach/Recht vnd Gerechtigkeit / noch Forderung nimmer haben/suchen noch gewinnen wöllen/weder mit noch ohne Recht/in keine Weise.

Talis namq; renunciatio non aduersatur iuri communi, quia vnicuique licitum est renunciare iuri suo, *l. pen. C. de pact. tot. tit. de acq. vel omit. hered.* Qui autem iuri suo renunciat, illud repetere non potest. *cap. quam periculosum. gl. 7. q. 1. l. 1. §. qui semel. de success. edict.* Et remittentibus actiones suas non est dandus regressus ad eas. *l. postquam. C. de pact. l. quaeritur. § si venditor. de aedil. edict.* Quandoquidem igitur Felicitas hereditatibus praedictis renunciauit, actionesque suas remisit, filii sui eas repetere non possunt. Renunciatio enim successionis facta per matrem nocet filiis. Bald. *in l. fin. col. 4. vers. sed hic incidenter quaeritur. C. de pact. & l. pactum. 2. quaest. C. de collat.* Bart. *in l. qui superstitis. vers. quaero. de acq. vel omit. hered.* Ipsa enim potuit adire hereditatem, cui renunciauit, ergo etiam potuit ei renunciare. Quia iste potest renunciare vel repudiare, qui adire potest hereditatem, contra tex. *in l. is potest. de acquir. vel omit. hered.*

Secundo quod toti hereditati paternae, maternae & fraternae renunciauit in genere, dicendo: Alles meines Vätterlichen/vnd Mütterlichen/auch Brüderlichen Erbs/ per quam renunciationem omnino nihil quoad hereditatem fraternam exclusisse videtur. Qui enim totum vel omne dicit, nihil excludit. *l. Iulianus. de legat. 3.* Ex his patet, quod per illas generales dictiones, Brüderlichen Erbs/ toti fraternae hereditati renunciauerit, Ioh. Guilielmum minime excludendo in sua parte. Sub hac namque generali dictione, Brüderlichen Erbs/ continetur tota hereditas omniū fratrū indifferenter, & per consequens Iohannis Guiliemi. Et posito genere po-

nitur

nitur quælibet eius pars. *l. in generali. de verb. sign. & l. in toto. de reg. iur. l. semper generalibus. eo. tit* Cum igitur ipsa Felicitas toti hereditati in genere renunciauerit in fauorem duorum fratrum, ipsi fratres haud immerito totam occupauerunt hereditatem, vsi suo iure, qua quidem occupatione nemini iniuriam fecerunt *l. nullus videtur. de R. I. l. 3 §. is tamen. de liber. hom. exhib. l. iniuriam. de iniur. l. cum creditor. de furt.*

Tertio, quod non præsumitur Felicitatem ad istam renunciationem dolo, vi aut metu inductam fuisse, præsertim cum ipsius consanguinei, & affines huiusmodi renunciationi interfuerint, vt ex tenore instrumenti constat. *Ibi.* **Jch habe auch zu mehrer Bekräfftigung mit höchstem fleiß erbeten/ die jetzt obgenannte/ wolgeborne / auch Edle vnnd Veste meine Herrn Schwäger vnd Vettern/ Herrn Christoffen / vnnd Sigmunden von N. daß sie mit jhren eignen vnnd angebornen Jnsigeln diesen Brieff verfertiget.** Quemadmodum enim amicorum, & consanguineorum præsentia in renunciationib. inducit præsumptionem, quod non intercesserit dolus aut metus: ita in hoc casu eorundem præsentia suspicionem, si qua fuerat, tollit. Bald. & Salyc. *in l. transactionem. C. de transact.* Nam lex non arbitratur, illos curam suorum facile omissuros. *l. hac autem. §. 1. quib. ex caus. in possess.* Quo enim quisq; gradu coniunctior est, eo & magis amare procurareq; rem coniuncti præsumitur. *l. leg. Iulia. de testib.*

Quarto, quod ipsa Felicitas eandem renunciationem corporali coram suo iudice præstito firmauit iuramento, de quo verba sic sonant: **Darauff hab ich an heut dato zu Straubingen/ vor dem Wolgebornen Herrn / Herrn Christoff/ Grafen zu N. auch den Edlen vnd Vesten Herrn Sigmunden von N. Vitzdomb zu Straubingen vnnd andern meinen Herrn vnd Freunden/ mein rechte Hand/ mit dreyen außgestreckten Fingern auff mein lincke Brust gelegt/ vnd mit Rath/ Wissen/ vnnd Beysein / genannts meines Haußwirts** Achetii **von N. einen**

Leiblichen Aydt zu Gott / vnnd seinen Heiligen in diesem Brieff geschworen. Quanquam autem vulgatissimi iuris sit, quod pactum affirmatiuum de succedendo, tanquam contra bonos mores, nullius momenti sit. *l. pactum. C de pact. l. fin. C. eod. l. stipulatio. de verb. oblig.* quod procedit etiam si tale pactum affirmatiuum de succedendo sit iuramento firmatum, cum sit contra bonos mores, inducat notam captandę mortis alienæ, & auferat liberam testandi facultatem, *c. non est obligatorium. de R. I. in 6.* Gl. *in l. si quando. §. illud. in verb. grauari. C. de inoff. test.* & communiter Dd. *in d. l. fin. C. de pact. & in d. l. stipulatio.* tamen secus est in pacto negatiuo, scilicet de non succedendo, quod bene firmatur iuramento. *c. quãuis. de pact. in 6.* Quia tale pactum de non succedendo non inducit notam captandæ mortis alienæ, nec tollit liberam testandi facultatem, prout pactum affirmatiuum de succedendo. Hinc etiam est, quod iuramentum facit valere actum omni meliori modo, quo potest. *l. cum pater. §. filius matrem. de legat. 2.* ibi. Bart. Et ideo facit valere renunciationem in vim pacti, quod ad ius de futuro porrigitur, & idem Alex. *in l. sed & si quis. §. quæsitum. col. 1. si quis cautionib.*

Quinto quod tales renunciationes, & pacta de non succedendo iuramento firmata, sint seruanda, ne sequatur periurium. *d. c. quamuis.* Nam clari iuris est, pacta inita nec dolo, nec contra aliquam iuris dispositionem, nec in fraudem legis, seruari debere. *l. iurisgentium. §. prætor ait. de pact. l. penul. C. de pact.* Et accedit ad hoc, quod ait IC. *in l. 1. de pact.* sc. quod nihil magis congruat fidei humanæ, quam ea, quæ semel placuerunt, custodire. Facit bonus *text. in l. de constit. pecun.* Sunt enim contractus, pacta & conuentiones iuris gentium, ideo ab omnibus obseruari debent, adeo quod licet supremus Princeps sit solutus legibus. *l. princeps de legib.* tamen quia contractus & pacta sunt de iure gentium. *l. ex hoc iure. de iustit. & iure.* Imperator ad obseruantiam eorum sicut quili-

bet

bet priuatus tenetur. *tex. in l. Donationes quas Diuus. C. de donat. int. vir. & vx.* per quem text. ita decidunt Legistæ *in l. digna vox, C. de legib.* Canonistæ *in c. 1. per text. ibi. de probat.* per quem text. notat ibi Abb. idem esse in Papa. Si ista procedunt in summo principe, vt in Papa, vel Imperatore, multo magis procedunt in omnibus aliis inferioribus à Cæsare, & quod semel placuit, amplius displicere non potest, & contra factum proprium nemini venire conceditur. *l. post mortem. de Adopt.* quia quæ ab initio fuerunt voluntatis, ex post facto sunt necessitatis. *l. sicut. C. de act. & oblig.* Ea propter Felicitas non potest venire contra renunciationem & pactum de non succedendo, nisi velit incurrere periurium.

Sextò quod talis renunciatio spontaneè, & voluntariè, imo etiam deliberatè nulla circumuentione interueniente facta fuit, *ibi.* Verzeihe mich mit wolbedachtem Muth vnd zeitigem Vorraht frey gantz vnbezwungen. Ergo ei volenti non est facta iniuria, *l. nemo videtur. de R. I. l. qui autem. §. præterea. Quæ in fraud. credit.* Bart. *in l. quamuis. in fin. de in ius voc.*

Septimò filij Felicitatis non possunt materno facto contrauenire, ex cuius hereditate lucrum cœperunt. *l. ex qua persona. de Reg. Iur. l. cum à matre. C. de Rei Vendic. l. si ab eo. C. de negot. gest. l. si vxor. C. de bon. auctor. Iudic.* Phil. Decius *consil. 184. in fin.* Igitur renunciationem maternam filij retractare non possunt.

Octauò quod iste furiosus nullam vnquam adiit hereditatem, quare ad alios nihil transmittere potuit. Quia hereditas non adita non transmittitur. *l. quoniam sororem. C. de Iure deliber.* Nemo enim plus iuris ad aliū transferre potest, quam ipse habet. *l. nemo plus iuris. de R. I.* At iste furiosus propter non aditam hereditatem nihil habuit. Ergo nihil ad alios transferre potuit: Si nihil transferre, nihil quoq; [illegible]re eius nomine peti potest.

Nono quod illi duo fratres fuerunt legitimi tutores Io-

hannis Guilielmi. Fratres enim minorennium fratrum legitimi sunt tutores. *Institut. de Fiduciaria Tutel. l. aduers. C. de except.* Et isti duo fratres ipsi Iohanni Guilielmo præstiterunt alimenta, aliaque vitæ adminicula. Quapropter si aliquid ex bonis paternis & maternis ad eum peruenisset, idipsum ob præstita alimenta & onera, quæ ipsi sustinuerunt, ad ipsos fratres, eorumque successores deuolutum esset. *l. secundum naturam. de reg iur. l. 1. de institor. §. cum autem. Instit. de empt. & vend. l. 1. §. pro secundo. in fin. C. de caduc. toll. l. fin. §. pen. C. de furt.* Præfati fratres duo sustinuerunt onera, scilicet tutelæ, & alimentorum. Ergo successores eorum etiam commoda sentire debent, retinendo relicta Iohannis Guilielmi, & illa commoda nequaquam debent ad filios F. redundare, qui nulla onera propter Iohann. Guilielmum vnquam sensere. Nam qui non sentit onus, non sentiat commodum. *dictis iurib.*

Ex istis omnibus necessario sequitur, filios F. ab hereditate Iohannis Guilielmi posse excludi.

His tamen non obstantibus in contrarium est veritas, scilicet filios F. debere admitti ad hereditatem præfati Ioh. Guilielmi. Et primo quidem, quod Iohannes Guilielmus furiosus siue demens nunquam renunciauit hereditati paternæ, nedum maternæ, nec id eius fecerunt curatores, cum nullos habuerit, proinde mansit heres paternorum & maternorum bonorum. Et quod non mutatur, cur stare prohibeatur, *l. sancimus. C. de Testam. l. præcipimus. in fin. C. de appellat.* Deinde iste filius tempore mortis patris fuit successibilis, imo per existentiam suitatis effectus erat heres patris. Ergo esse non desiit. *per regul. l. etsi. & l. ait prætor. §. sed quod Papinianus. de Minor. l. Gallus. §. & quid si tantum. de liber. & posth.*

Secundo quod Iohannes Guilielmus mortuus est intestatus, idque ex eo probatur, quod furiosi non habeant testamenti

menti factionem actiuam. *§. praterea. Instit. Quib. non est permiss. fac. test. d. l. furiosum. C. eod.*

Tertio quod præfatus Guilielmus decessit, nullis ascendentibus, & descendentibus relictis, sed tantum fratrum, & sororum filiis, propterea ipsius intestati bona iure successionis ad collaterales spectant. *vulg. Auth. cessante. Cod. de legit. hered.*

Quarto filij F. in hac sui auunculi successione habent ius repræsentationis, & intrant in locum matris suæ præmortuæ. *§. reliquum. vers. huiusmodi. Auth. de hered. ab intest.* & ibi Angelus *in 3. notab. l.* dicit, quod in collateralibus solum filius obtineat locum patris in successione patrui carnalis, qui sit in tertio gradu, secus si agatur de succedendo aliis transuersalibus in vlteriori gradu, quia tunc filius in locum patris non surrogatur. *text. in §. si verò. d. Auth.* Huc pertinet quoque constitutio Caroli V. Imperatoris Spiræ Anno 29. promulgata. His ita stantibus, sequitur filios F. debere necessario admitti ad hereditatem prædicti Iohannis Guilielmi.

Nec obstat, quod supra dictum est, furiosum nullo modo posse, vel hereditatem adire, vel bonorum possessionem agnoscere. Quia in eodem textu, ex quo hoc argumentum desumptum est, Imperator curatori furiosi necessitatem adeundæ hereditatis si vtilis sit imponit dicendo: Curatori autem eius damus licentiam (imo magis necessitatem imponimus) si vtilem ei esse successionem existimauerit, eam bonorum possessionem agnoscere, quæ antea ex decreto dabatur, Ita est tex. *in l. cum furiosus. §. nos itaque. C. de curat. furiosi.*

Secundo non obstat, quod dictum est, furiosum sibi commodum ex testamento acquirere non posse, cum careat consilio, & voluntate acquirendi. Nam etsi furiosus per se commodum ex testamento sibi acquirere non possit, tamen nihilominus patri suo necessarius heres existit, & per alium acquiri

acquiri ei potest, & hoc interueniente iussu tutoris, vel curatoris. Gl. & tex *in l. Antistius. § fin. de acq. vel omit. hered. l. si per epistolam. eod.*

Tertio minime vrget furioso siue dementi interdici administrationem tam à Iudice quam à lege. Quamuis enim ipsi interdicatur administratio suorum bonorum, tamen ab eo non auferuntur bona, sed dantur ei curatores, qui administrationem habent, & tamdiu furiosus in curatione erit, quamdiu sanitatem receperit *iuxt. l. 1. de Curat. furioso.*

Quarto non obstat, quod dictum est, furiosos & mente captos, sic à natura natos, non succedere in feudis. Quia non debemus esse accusatores naturæ, quæ quosdam homines furiosos, mutos, surdos, claudos, cœcos, & id genus alios procreauit, quandoquidem non licet accusare naturam, secund. Gl. *in l. maximum. §. qui cum tales. in verb. totos. C. de liber. præter.* Nam tales nihilominus homines sunt, dummodo nō existant monstrosi. Clari siquidem iuris est, quod diminutio vel ampliatio membrorum, vel etiam coarctatio organorum sensitiuorum, nō mutat formam hominis, & quod tales non minus sunt filij, & liberi patris, quam nullum habentes defectum, dummodo non sint monstra, ad formam brutorum effigiata. *l. non sunt liberi. de statu hominum. l. ostensum. & gl. verb. parte. de V. S. l. quod certatum. ibi, ad nullum declinans monstrum. C. de posth. hered. instit.* Et talis defectus, siue deficiens vsus rationis in furioso non impedit furiosum, quo minus in feudo succedat, cum possit etiam inuestiri. Zasius *in Epit. Feud. in 5. par. principal. Qui feud. dare vel accip. poss. c. 1. An mutus, vel alius imperfect. feud. retinere.* & ibid. Gl. docet, quod possit talis per substitutum seruire, & feudum retinere. Non enim refert à quo fiat, dummodo fiat, *l. cum seruus. de verb oblig. l. quæsitum. de seru. export.* Hoc si non procederet, tunc omnia frustranea essent, quæ continentur *in C. ff. & Instit. De Curator. furios.* Super materia ista Iacob. de Aret. ait, mutum, vel aliter imperfectum succe-

succedere, & hoc vtilitate suadente receptum esse, ne languor animi damnum etiam in bonis afferat. *arg. l. iusto. §. cum qui. d. vsurp. & vsuc.* Et talem excusari, si Domino non seruiat. *arg. l. si quis graui. §. subuenitur. & §. agnoscitur. de SC Sillan.* Cum ergo mutus, furiosus & aliter imperfectus per substitutum, hoc est, per Curatorem possit seruire: Ergo etiam potest succedere, quia pœnam non meruit. Non enim debet esse pœna, vbi delictum non est. *l. sancimus. C. de pœn. l. lege. 12 tabull. C. de legit. hered.*

Nec etiam mouet, quod quinto loco obiectum est, furiosum non posse facere testamentum. Licet enim furiosus, & mente captus, testamenti factionem nō habeat actiue, habet tamen passiue. Ludou. Roman. *in l. Qui in potestate. de test.* nec exheredari propterea potest. Bald. *in l. Humanitatis. col. 4. C. de impub. & aliis substit.* Et potest pater omnino furiosum suum filium heredem instituere, & ei secundum formam iuris substituere, & si decedat pater ab intestato, hereditas deuoluitur ad filium furiosum etiam sui iuris constitutum. Salic. *in l. cum furiosus. §. sin autem parentes. C. de curat. furioso.*

Præterea non obstat, quod sexto dictum est, furiosum siue dementem haberi loco mortui. Quia illud non dicitur de successione, sed de pœna delicti per furiosum perpetrati, ita scil. eum haberi pro mortuo, si aliquid fecerit, quod illud non imputetur ei ad culpam aut pœnam. Iason *in l. furiosum. C. qui test. fac. poss. l. pen. §. fin. ad l. Pompon. de Parricid. l. Diuus. de off. præsid.* Vnde pati potest iniuriam, sed non facere. *l. illud relatum. §. 1. de iniur. l. vlt. in fin. de adm. & peric. tutor.*

Septimo neutiquam obstat, furiosum & infantem non posse acquirere possessionem, &c. Nam etsi furiosus per se ex sua persona non possit acquirere possessionem: tamen illud potest fieri per ipsius curatorem. Et verum est, quod si furiosus cum auctoritate Curatoris ingrederetur possessionem, nihil acquireret, sed curator solus debet acquirere. Iason. *in l.*

1. §. adipiscimur. de acquir. vel om. possess. num. 10. per l. 1. de bon. poss. furios. Quia furiosus nullum negotium potest agere, etiam cum auctoritate curatoris, vt dicit *l. in negotiis. de R. I. & in §. furiosus: Instit. de inutilib. stipul.* Ratio est, quia quando animus acquirendi possessionem totaliter deficit, vt in furioso, qui æquiparatur dormienti & absenti, *l. 2. §. furiosus. de iure Codicill.* certè quia nihil potest fundari in persona furiosi, totum debet fundari in persona curatoris, & sic solus curator potest acquirere possessionem. Iason *d. l. 1. §. adipiscimur.*

Et quod Iohannes Guilielmus paternæ ac maternæ hereditatis capax fuerit, id ex eo probatur, quia clari iuris est, furiosum esse heredem necessarium, & suum, sicut infantem, qui nedum patri sed cuilibet alij ab intestato succedit, licet non habeat administrationem bonorum, sed detur ei curator. *l. 2.* & ibi Bart. *de curat. furios. l. cum furiosus. §. sin autem parentes. C. de curator. furios.* Nam & sui heredes fiunt etiam ignorantes, & licet furiosi sint, heredes tamen possunt existere. Quia quibus ex causis nobis ignorantibus acquiritur, ex his causis etiam furiosis acquiri potest, & statim morte parentis quasi continuatur dominium, & ideo nec tutoris auctoritate opus est pupillis, cum etiam ignorantibus acquiratur suis heredibus hereditas. Nec curatoris assensu acquiritur furioso, sed ipso iure. *§. sui autem heredes. Institut. de hereditatib. Quæ ab intest.* & ibi Aretin. dicit suum heredem statim post mortem parentis effici heredem etiam ignorantem, licet sit pupillus, vel furiosus, & sine auctoritate sui administratoris. Nulla præterea lege reperitur cautum, furiosos non debere succedere parentibus suis. Si igitur nulla lege cautum est, igitur nec nos debemus aliud de eorum successione in contrarium obiicere, erubescentes sine lege loqui. *l. illam. C. de collat. §. considerem.us. in Auth. de Trient. & simil.*

Euersis argumentis, super prima quæstione in contrarium

rium obiectis, iam alia super secunda cõfutanda occurrunt.

Nec obstat, quod primo dictum est, ipsam F. non solum paternæ & maternæ, sed etiam fraternæ hereditati vniuersaliter renunciasse, paciscentem de non succedendo fratribus, & eorum heredibus, possidentibus bona paterna & materna, quousque aliquis masculus per masculinam lineam descendens de familia Nobilium à N. in viuis superstes esset. Nec etiam quod secundo loco obiicitur, sc. quod toti hereditati paternæ, maternæ, & fraternæ renunciauerit in genere, per quam renunciationẽ omnino nihil quoad hereditatem fraternam exclusisse videtur. Ad ista namque duo argumenta respondetur, quod ipsa F. suæ tantum portioni hereditariæ, non etiam Iohannis Guilielmi renunciauit, & quod talis renunciatio non in genere, sed in specie duorum fratrum, Iohannis Georgij, & Iohannis Christophori futuram successionem respiciat, prout illud ex Instrumento Renunciationis apparet. Nach dem mir meine freundliche eheleibliche liebe Gebrüder/ Hanß Georg/ vnd Hanß Christoff von N. ꝛc. Et in subsequenti tenore, darauff ich mich dann zu Erhaltung vnd Auffnemen meiner vorbenannten lieben Brüder/ vnd derselben Eheleiblichen Manns Erben/ in absteigender Linien/ dieweil einer im Leben auß jhnen allen geborn ist/ verzeihe. Et iterum gegen benennten meinen lieben Brüdern/ Hanß Georg/ vnd Hanß Christoffen/ vnd allen jren Eheleiblichen Manßerben/ ꝛc. Hinc euidenter probatur, Iohannem Guilielmum cum sua hereditaria portione huic renunciationi non esse inclusum, neq; Felicitatẽ ipsius successioni vnquam renunciasse. Ea propter ista renunciatio non potest extendi ad Iohannis Guilielmi successionem, de qua nunquam fuit cogitatum. Quia transactiones, siue renunciationes non extenduntur ad ea, de quibus non fuit dictum aut cogitatum. *l. si de certa. Cod. de transact. l. licet. Cod. de Iudic.* Gl. *in c. cum inter. extr. de Renunc.* cum actus agentium non operentur vltra

intentionem eorum. *l. non omnes.* & ib. Dd. *Si cert. petat. l. obligationum in fin. de act. & oblig.* Nec etiam obstat, quod dicitur de generali & vniuersali renunciatione facta. Nam in verbis superius ponderatis hereditas siue futura successio dicti Guilielmi non continetur. Ex generalibus enim verbis, Brüderlichs Erbguts / itum est statim expresse ad speciem personarum Hanß Georgen / vnd Hanß Christoffen / omisso Guilielmo. Quia ad hoc vt aliquid dicatur specialiter expressum, oportet, vt fiat digressio ad speciem, nec sufficit generaliter exprimere. Et quod successio Guilielmi in prædictis verbis generalibus non contineatur, pro fundamento præsupponendum est, quod ista renunciatio est stricti iuris, & in ea non veniunt, nisi quæ expressa sunt. Ludouic Roman. *consil. 168. in princ.* Philip. Decius *consil. 379. par. 3. incip. Requisitus pro consilio.* Vnde constat, quod de vi & proprietate verborum, quæ specialiter expressa sunt, in renunciatione, de qua agitur, hereditas dicti Guilielmi non comprehendatur. Quia renunciatio limitata in persona vnius ad hereditatem alterius non trahitur, vt tradit Roman. *d. cons. 168. l. in agris. de acquir. rer. domin. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. de Verb. Oblig. l. si domus. de seruit. vrb. l. suum. Cod. de iure deliber. l. cancellauerat. de his quæ in testam. delen. l. ita autem. de admin. & peric. tutor.* Huc pertinet quod expressum facit cessare tacitum. *l. cum ex filio. §. 1. de vulg. & pupil.* Verum in toto instrumento nusquam reperitur, Felicitatem successioni futuræ Iohannis Guilielmi renunciasse, cum ipsa in ipsius bonis nullum habuerit ius quæsitum. Nemo enim potest renunciare iuri nondum sibi competenti. *l. is qui. de acq. vel omit. hered. l. si ita scriptum. §. sub conditione. de legat. 2. c. Abbate. de sent. & re iudic. in 6.* Nec etiam potuit partem habere in bonis Guilielmi adhuc in vita existentis. Ergo non potuit ei parti, quæ non extitit, renunciare. Nam viuentis hereditas non potest adiri. *l. qui superstitis. de acquir. vel omit. hered.* & sic etiam

non

non poteſt repudiari Renunciatio porro, quantum ad Guilielmi perſonam, & eiusdem ſucceſſionem ſpectat, in inſtrumento prorſus omiſſa eſt. Ergo pro omiſſa habetur. Quia caſus omiſſus habetur pro omiſſo. *l. commodiſſime. de liber. & poſthum. l. ſi cum dotem. in princ. ſolut. matr.* Nec obſtat, quod per pactum ius etiam de futuro remittatur, quia illud verum eſt, quando conſtat de tali iure, quod remittitur, prout loquitur *l. 1. C. de Pact.* Sed hic non conſtat ex inſtrumento renunciationis, quod ius hereditatis dicti Guilielmi remiſſum fuerit, vt iam demonſtratum eſt. Sequitur ergo, quod præfati duo fratres, Iohannes Georgius, & Iohannes Chriſtophorus, nullo iure occuparunt bona ipſius Iohannis Guilielmi, nec habent vllum legitimum titulum, ſiue donationis, ſiue ex vltima voluntateem, ptione, aut alio legitimo contractu. Iniuſte igitur occupauerunt bona tertii fratris, quandoquidem viuentis hereditatem non poterant adire. *l. 5. de hered. vel act. vend.* Iaſon *in l. Gallus. §. quidam recte, n. 38. de liber. & poſth. l. 1. Pro herede.*

Tertio non obſtat, quod dictum fuit, non præſumi Felicitatem ad iſtam renunciationem, dolo, vi, ac metu inductam fuiſſe. Filii enim ipſius de dolo, vi, aut metu, non conqueruntur, ſed potius dicunt, totam rem inter ipſorum matrem & duos fratres fuiſſe actam ad tertium fratrem non ſpectantem. Priuatis enim pactionibus non læditur ius cæterorum. *l. Imperatores. de transact. l. ſi vnus. de pact.*

Quarto non obſtat, quod fuit obiectum, F. eandem Renunciationem corporali coram ſuo iudice præſtito firmaſſe iuramento. Quia per illud iuramentum ea tantum confirmata ſunt, quæ ad duos fratres ſpectabant, & in inſtrumento ſpecialiter expreſſa reperiuntur. Ipſa enim iurauit, ſe nolle duobus fratribus eorumq; heredib⁹ maſculis ſuccedere, ſed non iurauit, quod nollet fratri ſuo Iohanni Guliielmo ſuccedere. Quare iuramentum non poteſt extendi ad terti-

um fratrem, cuius successioni non fuit renunciatum. Nam iura nolunt iuramentum extendi ad ea, de quibus non fuit cogitatum in iuramento, & quæ tunc nõ extabant. Gl. & tex. *in c. inter. extr. de Renunc.* Quamuis etiam hoc pro Felicitatis filiis faciat, q iuramentũ & Renunciatio in dubio restringãtur ad ius cõpetens, secundũ tempus renunciationis, & ideo nõ excludant aliquem à petitione, respectu iuris, post renunciationẽ, & iuramenti creati, seu quæsiti, Abbas *in d. c.* Bart. *l. sed & si quis. §. quæsitum. in fin. vers. quæro. Si quis cautionib. l. fin. C. de nõ nu. pec. l. fin qui satisdare cog. l. fin. in princ. ad Municipal.* Bald. Fulgos. Angel. & Iason. *d. §. quæsitum.* Et posito, quod ipsa Felicitas renunciasset successioni fratris Iohannis Guilielmi (q tñ minime fecit) tñ renunciatio fuisset ipso iure nulla, cũ iuri de futuro non possit renunciari simplici renũciatione. *l. si ita scriptũ. §. si sub conditione, de legat. 2.* nisi renunciatio talis fiat per pactũ præsenti à præsente, *l. 1. iuncta Gl. magna post princ. ib. primo quia adhuc non competebat. C. de pact.* Pactum enim requirit cõsensum duorũ, sicuti quælibet conuentio. *l. 1. de pact.* At iste Iohannes Guilielmus mente captus, nõ interfuit pacto, imo nec ob dementiam suam consentire potuit, nec habuit curatores ad hoc à iudice datos, qui suo nomine cõsensissent pacto. Et iuramentũ ad plus nõ extenditur q̃ extendatur virtus promissionis. Ita Angel dicit *in cons. 315. statuto cautur, col. 1.* Oldrad. *cons. 238.* Bald. *cons. 29. lib. 3. casus vir donauit.* Rom. *cons. 269. Non est dubium. in princip.* Vnde quia successio de futuro ipsius Guilielmi in instrumẽto renunciationis omissa est, ille defectus per iuramentum suppleri non potest. Iuramentum non supplet defectũ, quia idipsum iuramentũ non operatur vltra intentionem contrahentium. Bald. *cons. 115. lib. 1. l. si quis inquilinos. §. vlt. de legat. 1. l. adigere. §. fin. de iure patron.* Nec iuramentum auget obligationem, sed intra suos limites ea permanente addit religionis vinculum. Oldrad. *d. consil. 238. per l. Titius. in fin. ad SC. Trebell.* Deinde non mouet, quod iuramentum

mentum facit valere actum eo modo, quo poteſt, quia id verum eſt in eo, quod agitur, ſed in præſenti caſu non agitur de iure, quod in futurum de Gulielmi ſucceſſione competeret. Et natura iuramenti eſt confirmare, quod actum eſt, & non extendere.

Quinto non obſtat, tales Renunciationes & pacta de non ſuccedendo iuramento firmata eſſe ſeruanda, ne periurium ſequatur. Quia ipſa F. dum viueret nunquam venit contra iuramentum, hoc in caſu præſtitum, neque filii ipſius talem vnquam induxerunt animum huiusmodi iuramento contraueniendi, ſed potius ius illud hereditatis poſt defunctam matrem de nouo quæſitum retinendi, cui ipſa Felicitas nunquam in tota ſua vita renunciaſſe, multo minus idipſum iuramento firmaſſe reperitur.

Sexto non obſtat, talem Renunciationem ſpontanee & deliberate factam fuiſſe &c. quia quod ipſa F. voluntarie in fauorem fratrum ſuorum fecit, renunciando ſuæ portioni ad conſeruationem familiæ, id non debet per captioſam interpretationem in odium filiorum ſuorum redundare, ac ſi ipſa etiam ſucceſſioni tertii fratris renunciaſſet, quod minime quidem factum eſt. Renunciatio enim non captioſe interpretanda. Schurff. *conſil. 96. centur. 1. l. cum Aquiliana. de transact.*

